



ACHILLIS STATII ALEXANDRINI DE CLItophontis & Leucippes amorib. Libri VIII.

E' Græcis Latini facti à L. Annibale Cruceio.



BASILEAE, PER IOANNEM Heruagium, anno 1554.

L. ANNIBAL CRVCEIVS PETRO
Francisco Palauicino Episcopo
Aleriæ S. D.



ANNO ab hinc nono Achil-
lis Statij partem alterã è græ
co in latinũ à me conuersam,
absq; auctoris nomine, ita e-
nim in manus meas peruene
rat, diuulgaui. Ac non ita multo pòst Roma
pars altera cum auctoris nomine à Philippo
Archinto Salutiensi episcopo, quem honoris
causa nomino, ad me missa fuit. Quod ut ini
tiò magnam mihi uoluptatem attulit, ita no
uum etiam imposuit laborẽ. Multi enim cum
primùm id rescitum est, & hortari & efflagi
tare cœperunt, ut, quibus dimidiatum opus
latinum legere per me licuerat, ijs integrum
quoq; liceret. Ac quanquam omnes, quibus-
cum de prima mea editione sermonem habe
ri contigit, illam & se ualde probare, & ab a-
lijs magnopere probari audiuisse contende-
bant: ipsis tamen ut assentirer, mihi persuade
ri nunquam potuit. Quin multa esse intelli-
gens, in quibus tunc mihi minus satisfecerã,
ab eo labore abstinendum prorsus esse cense-
bam. Abstinuissemq; profectò libenter, nisi

quorundam reprehensiones uitare satius du xissem: qui aut superbiæ, quòd honesta petentibus assentiri pernegassem: aut imprudentiæ, quòd à mutilato libro edendo non temperans, integrũ edere detrectassem, damnaturi me fortasse fuerant. Totũ itaq; tandem opus conuerti: & nunc publicè legendũ propono. Tantum uerò abest, ut crimine omni carere me posse credam, ut illud ipse spõte agnoscere uelim: quod in primis obiectum iri mihi certò sciam. Nam cum duo sint, mea quidem sententia, latina ex græcis facientium uitia (alteri enim fideles haberi cupientes, uerbum pro uerbo reddere student: quod ineptissimum est: alteri uitare ineptias, & splendorem orationis assequi posse putantes, liberiore quadam licentia utuntur: quod à sententijs eos plerunque abducit) mihiq; in altero peccandum erat, quia quod horum medium est, extra culpam positum, ipse certè mihi nõ arrogo, in hoc postremo malui: præsertim cum licentia huiusmodi periculi nihil creatura esset. neq; enim de sapientum aliquorum placitis hic agitur, in quibus minimũ quoduis erratum difficilimas quæstiones párere cõsueuit. Omitto, græci exemplaris deprauatione coactum fuisse me aliquando diuinare, ac

nonnul-

nõnulla ex ingenio emendare, ne totus asteri ſcis liber deformaretur. Id quod cùm alibi, tum in fiſtulæ deſcriptione tentaui: quã cum priore editione, utpote deprauatam & muti lam prætерījſſem, nunc latinam feci, uel arbitratu potius meo deſcripſi. Quanquam autem quo tempore integrũ librum edere conſtitui, pariter & illud conſtitui, nemini ut nominatim inſcriptum emitterem: tamen oblata mihi paulo pòſt occaſio, minimè illa quidem contemnenda, ſententiam mutare compulit. Nam cum tu proxima ſuperiore æſtate parua quadam aura rumoris commotus, me nondum de facie notum amare cœpiſſes, atq; adeò ut amoris ſignificationẽ non ſolum per nobiliſsimos uiros abſens abſenti fieri curares, uerùm etiã præſens præſenti dare uelles: qui potui nõ ipſe omneis animi mei conatus ad te, ut ita dicam, redamandum transferre? ſanè poſtea quàm tu me domi tuæ tam magnificè tãq; humaniter Ticini accepiſti, tuaq; omnia mihi patêre iuſsiſti: non potui non omne meum ſtudium, diligentiam, operam, nedum amorem atq; obſeruantiam, tibi perpetuò debere. Quoniam uerò ingenui animi eſt, cui multum debeas, ei plurimum uelle debere: in beneficij loco à te peto, ut laborẽ hũc

meum in nomine tuo apparere molestè ne feras. Non sum nescius, ineptè atq; intēpestiuè me facere, qui leuissimas nugas homini grauissimo nuncupare in animū induxi: sed cum in eo semper elaborauerim, bonum ut nomē existimarer, ab rebusq; alijs omnibus imparatus nuuc sim, munusculum hoc pro ijs quæ debeo arraboni tibi datum uolui. Tu pro tua incredibili humanitate, qualecunque illud est, boni consule: & quem semel apud te mihi locum dedisti, eum perpetuò ut obtineam, cura. Vale. Mediolani XII. Calend. Ianuar. M.D.LII.

ACHILLIS STATII ALEXANDRINI DE CLITOPHONTIS & LEUCIPPES AMORIBUS LIBER PRIMUS.



IDON Phœniciæ princeps ciuitas, Thebanorumq; generis origo, in Aßyrij maris litore posita est. geminum ea portum amplo admodum sinu, uerùm aditu angusto, maris aquam sensim accipiente, complectitur. ubi enim dexterum sinus latus curuatur, aditus illic alter patet: per quem aqua rursum illabitur: itaq; portus portui adiungitur, ut in illo hyeme, æstate in hoc tutam naues habeant stationem. Eò cum ex alto tempestate reiectus fuissem, Phœnicum deæ (Sidonij Astarten, Venerem latinorum pleriq; uocant) quæ pro recepta salute consueuerunt, sacra feci. Deinceps cum alia ciuitatis loca perlustrarem, ac in deorum templis munera tholis suspensa contemplarer, tabulam animaduerti pictam, terram ac mare, necnon Europæ fabulam continentem: ac mare Phœnicum, Sidoniorum terra esse dignoscebatur. in terra pratum erat uirginibus refertum: in mari taurus natabat, formosamq; humeris puellam sustinens Cretam uersus cursum tenebat. pratum multa florũ uarietate distinctum, arborumq; et fruticũ copia intersitum erat: quarum rami atq; frondes mutuo

complexu ita sese nectebāt, ut tecti usum floribus præstarent. umbram quinetiam sub frondibus pictor effinxerat eo artificio, ut locis aliquot radij solis modicè pratum illustrarent, tantum scilicet quantum quidem contextas frondes patêre uoluit pictor. Cæterùm harundinum corona pratum uniuersum undiq; munierat. sub plantis narcisso, rosa, myrtoq; ordinatim sati puluini cernebantur. sed & ima ex terra scatebat fons, qui medium pratum, floresq; ac plantas, hac illac discurrens, irrigabat. nec deerat qui sumpto ligone riuulo imminens, aquæ uiam pate faceret. In ea prati parte quæ mare attingebat, uirgines pictor expresserat, uultu cùm hilaritatem, tum mœrorem indicantes. corollæ ijs in capite erant: crines per humeros effusi, pedes uinculis exuti, crura uestibus zona genutenus succinctis nudata, os pallidū, genæ contractæ, oculi mare intuentes, labia tanquam uocem præ metu emittentium nonnihil hiulca, manus taurum uersus protentæ. ad mare autem eousq; processerant, ut pedis partē superiorē aqua pertingeret. corporis totius status is erat, ut & ad taurum contendere uelle, & undis credere se uereri uiderentur. mari color inerat duplex. terræ enim propinquior pars subrubebat, remotior uerò & profundior cærulea erat. illic scopuli etiā è terra proiecti extabant: quos è tume-

scentibus,

scentibus & saxo allisis fluctibus facta spuma dealbabat. Medio in mari pictus taurus ab undis uehebatur, montis instar attollente se unda, qua bouis crura flectebãtur. tauri dorso uirgo insidebat, non equitum more, sed utrisq; dexterum in latus pedibus aptè demißis, læuáq; cornu, quomodo habenas aurigæ solent, tenebat: manum enim taurus sequebatur. Virginis pectus ad pudenda usq; alba tunica, corpus reliquum purpurea læna contegebatur: omnia tamen per uestem cernere licebat. nam & profundus umbilicus, & planus uenter, & angusta ilia, uerùm amplos in lumbos desinentia perspiciebantur. papillæ modicè tumebant, zonaq; adducta unà cum tunica, quæ corporis speculum erat, succingebantur. manu altera cornu, caudam altera uirgo apprehenderat, & utrisq; etiam capitis tegmen utrinq; circũ humeros effusum sustinebat: cuius sinum depictus uentus ita implebat, ut omni ex parte intumesceret. puella tauro insidens nauis instar ferebatur, peplo ueli usum præbente. tauro delphini assultabant, illudebant amores: quorum quidem motus etiam illic pictos esse diceres. sanè paruulus infans taurum trahebat, alas interim expandens, pharetram gestans, faces retinens, atq; ad Iouem conuersus ridebat, quasi eum, quòd sui causa in taurum mutatus esset, irrideret. Ego igitur cùm alias picturæ

parteis laudabam, tum Cupidinem taurum trahentem accuratius intuens, ita mecum loquebar: En ut infantis iussa cœlũ, terra, mare faciũt? cum adolescens, qui tum fortè aderat, meaq; uerba intellexerat, Huius equidem, inquit, ego quoq; rei testis esse possum, cui tot amoris causa incommoda euenerunt. Tum ego, Cuius nam modi sunt, inquam, ô bone uir, quæ perpessus fuisti? tuus enim aspectus ab huius dei mysterijs te non abhorrentem declarat. Tum ille: Ad permistam, inquit, confusamq; rerum seriem commemorandam me reuocas: fabulis enim ea omnia similia sunt. Tum ego: Ne per Iouem, perq; Amorem ipsum, inquã, molestum tibi sit, hac me ratione magis iuuare, tametsi fabulosa uideantur. Hæc cum dixissem, manu prehensum hominem uicinum quoddam in nemus perduxi: ubi permultæ atq; opacæ platani succreuerant, perspicuaq; ac tanquam nuper liquefacta niue, frigida aqua dimanabat. illic cum humili quodam in loco sedere hominem iußissem, ipseq; pariter assedissem: Tempus est, inquam, initium narrandi ut facias. delectationis omnino locus hic plenus, amatorijsq; fabellis planè dignus est. Tum ille ab hoc principio exorsus est dicere: Gentis mihi origo è Phœnicia est, patria Tyrus, nomen Clitophon, pater Hippia, patris frater Sostratus, quod quidem ad patrẽ attinet: nam ma-

tres

tres duæ fuere, Sostrata Bysantia, Hippiæ Tyria, Sostratus Bysantij, propterea q; inibi matris hæreditadẽ sanè nõ exiguã creuerat, semper cõmoratus est: pater meus Tyri. matrẽ ipse meam nunquã uidi, ut quæ suũ infante me obierit diem: itaq; alteram sibi pater uxorem adiunxit: ex qua sororem mihi nomine Callligonẽ genuit, quã mihi uxorem dare decreuerat. sed potẽtiora homin. b. fata mihi aliã seruabãt. FREQVENTER aũt dei mortalibus futura insomnis prænunciare consueuerũt, nõ quo mala præcauẽdo euitent (neq; enim fato iri obuiam potest) sed quo æquiore, cum euenerint, animo ferant. repẽtina enim et inexpecta ta perculsam improuiso aduentu mentem frangũt atque prosternunt: præuisa uerò, & præcauta, dum ad eorum cogitationem animus pedetentim deducitur, longè minus affligunt. Itaq; cum nonũ & decimum agerem annum, nuptiasq; non ita multo pòst pater facturus esset, fabulam fortuna incœptauit. nam cum me quieti dedissem, uisus sum ita cum uirgine coniungi, ut à capite ad umbilicum usq; duo corpora essemus, deinceps uerò in unum coaluissemus: mulieremq; aspectu horribili, magna statura, uultu agresti, sanguineis oculis, genis asperis, uipereis crinibus, falcem dextera, læua faculam tenentem nobis imminere: atque iratam extenta falce plagã, qua duo in unũ

corpora

corpora coierant, imponere, uirginemq; à me abscindere. quam ob rem timore perculsus, ac ex somno excitatus, mala hæc nemini palàm feci: sed in eorum cogitatione solus uersabar. interea Bysantio literæ ab eo, quem dixi, patris mei fratre hoc exemplo allatæ sunt.

SOSTRATVS HIPPIAE FRAtri S. D.

Leucippe filia, & Panthia uxor mea proficiscũtur ad te: bellum enim à Thracibus Bysantijs infertur. tu charissima pignora nobis ad belli exitum usq; custodi. Vale.

Cognita literarũ sententia consurrexit pater, statimq; ad mare se cõtulit: atq; haud multo pòst, magna eum seruorũ, ancillarumq;, quas cum uxore ac filia Sostratus miserat, turba sequente reuersus est. inter eas mulier erat procera, preciosamq; stolam induta: in quam simul atq; oculos conieci, sedentis in tauri tergo Europæ mihi uenit in mentem. erant ei quadam cum iucunditate truces oculi, crines flaui crispiq;, supercilia puro nigrore delibuta, genæ candidæ: nisi quòd earum medium rubore purpuram, qua Lydiæ mulieres ebur inficiunt, imitante suffusum erat: os rosæ foliorum labra aperire incipienti persimile. itaque statim, ut eam contemplatus sum, óccidi. FORMA enim ad inferendum uulnus telo acutior est,

per

per oculosq; amatorio uulneri aditum patefaciēs in animum penetrat: temporisq; momento eodem & proceritatem laudare, & pulchritudine obstupefieri, & corde tremere, & oculis lasciuius intueri, ac ne deprehenderer uereri coactus sum: saneq; oculos à uirgine auertere conabar: sed illi repugnabant, formæq; suauitate pellecti eò sese referebant, & uictoria tandem potiti sunt. cæterùm mulieribus intrò ad nos ductis, domusq; parte quadam eis attributa, pater cœnam parari iussit, ac quoniam tempus eius uenerat, bini singulis mensis accubuimus, huiusmodi ab Hippia ordine adhibito, ut ipse & ego mediam, matres sinistrā, dexteram uirgines obtinerent. quod cum ipse animaduertissem, parum abfuit, quin ad patrem, propterea quòd uirginem exaduersum oculis meis collocauerat, osculandum procederem. uerum enimuero quid in ea cœna comederim, ita me Dij ament, dicere haud sciam, ijs nimirum similis, qui cœnare sese somniant, sed cubito mensæ innixus, ac toto capite inclinatus puellam contemplabar, illius interim obtutus suffurans: atq; hoc mihi cœna erat. postea quàm finis edendi factus est, è pueris domesticis unus cum cithara processit, ac primùm nudis manibus fides tentans, exilem quendam sonum, digitis murmur adiuuantibus, edidit: deinde sumpto plectro, cum aliquantulum chordas

dis percußisset, citharæ sono uocem ipse suam addidit, concinuitq; ut fugientem Daphnen Apollo incusaret, simulq; persequeretur, ut iam iam comprehensurus esset, ut puella in arborē mutaretur: cuius ille frōdib. coronā sibi demū fingeret quæ sanè cātilena meo ardentiores faces amori subiecit.
" AMATORIVS enim sermo uehemens quædam cupiditatis incitatio est. ac quāquam ad temperantiam aliquis comparatus est, exemplo tamen ad imitandum trahitur, eoq; facilius, quo nobilius proponitur exemplum. nam pudor, qui à peccando reuocabat, præstantioris alicuius dignitate loco pulsus, in licentiam commutatur. hisce itaq; uerbis memet alloquebar: Annon Apollinem amore captum esse? et pudorem abiecisse? ut uirginē palàm sequi uides? quid tu igitur desidia torpes, et pudore uictus alieno tempore continentiā præ te fers? num tu Deo præstantior es? Cæterū cum aduesperasset, primæ cubitum iuere mulieres, nec multo pòst nos, alij quidem cœnæ uoluptatem uentri, ego uerò oculis largitus: nam puellæ imagine, merisq; obtutibus exaturatus, ac planè amore ipso ebrius, intra cubiculū, in quo cubare consueuerā, me recepi: ubi somnū nulla unquā ratione capere quiui. NATVRA equidē ita fert, " ut cùm alij morbi, tū corporis uulnera noctu molestiora sint, et quiescentib. nobis uehemētius intēdan-

datur, et maiores efficiāt dolores: quietē enim ca
pientibus membris, uulneri ocium datur sæuiēdi:
nec sanè alia est uulnerati animi conditio. nam
dum motu corpus uacat, saucius ille maiorē in mo
dum excruciatur. oculi enim atq; aures multis in
rebus interdiu ocupatæ, solicitudinum aculeos mi
nus sentiunt, animumq́; distrahūt, ut dolendi tem
pus non supersit. quòd si ocio membra detineantur,
animus se ipse colligens, aßiduis malorū procellis
iactatur: quæ enim eousq; sopita iacuerant,
exuscitantur, & præsto sunt omnia, in luctu uide
licet constitutis mœrores, aliqua de re solicitis co
gitationes, in periculo uersantibus metus, amore
ardentibus ignes. tandem appropinquante aurora
misertus mei somnus leuationis aliquantulum
mihi attulit: nec tamen meo ex animo puella tunc
abijt: sed omnia mihi de Leucippe somnia erant,
cum illa loquebar, ludebam, cœnabam, ac maiora
quidē tum, q̃ interdiu, bona consequebar. osculabar
enim, ueraq́; osculatio erat. itaq; cū me famulus
excitasset, importunitatē illius, quòd tam dulci
me insomno interpellauisset, maledictis prosecutus
sum. ac è stratis surgens, puellæ domum de
industria ingressus, in eius cōspectu deambulatū
me contuli, allatūq; mecū eo tēpore librū demissa
frōte legebā ita, ut quotiescūq; forib. ap.ppinquauerā,
oculorū aciem in eam cōuerterem. factis
deniq;

deniq; aliquot spacijs, amorē uidendo hauriēs pă lăm discessi, animo miserè affecto. hūc in modum tres mihi dies consumpti sunt. Erat consanguineus meus, utroq; parente orbatus, cui Cliniæ nomen fuit. is duobus annis me natu maior, adolescentuli amore tenebatur: tantaq́; erga illum liberalitare usus fuerat, ut cum equum emisset, uisumq́; ado lescēs laudasset, eum illi statim sit elargitus. hunc ego conuicijs insectari non cessabam, quòd tantum sibi à re sua ocij esset, ut amori operam daret, eiusq́; illecebris irretitus teneretur. ille autem me irridens, & caput quassans, Futurum aliquando est, inquit, ut tu quoq; irretiaris. ad eum igitur statim cum uenissem, ac data salute assedissem: Iactatorum in te nunc, inquam, Clinia conuiciorum tibi pœnas luo, captus enim ego quoq; sum. tum ille iactatis manibus plaudens, in risum sese effudit: cōsurgensq́; amatorias uigilias indicantē faciem mihi suauiatus est: ac, Reuera, inquit, amorè captus es: tui enim id oculi declarant. hæc uix protulerat, cum Charicles (id erat adolescenti nomen) introijt: ac, Vehementer cōturbatus adsum, inquit, ô Clinia, certiorem te ut faciam: atq; hic unà cum eo suspirans, Clinia, tanquam ex adolescentuli anima penderet, lingua titubante, perdis me tuo, inquit, isto cum silentio. quid est quod te excruciat? aut quicum pugnandum erit? tum Charicles

ricles, Vxorem, inquit, mihi pater dare studet, eamq; deformem, duplici ut malo mulcter. nam cum magnũ malũ sit formosa mulier, quî poterit deformis non duplo maius esse? sed pater meus diuitijs inhians affinitatem istam affectat. me miserum, qui pecuniæ trador, ut uxoris mancipium sim. Quæ Clinia cum audiuisset, expalluit: atq; in mulierum genus acerbius inuectus adolescentẽ à re uxoria dehortatus est: Tibi ergo uxorẽ iã dat pater? quidnam commeruisti, ut in uincula coniugij ciaris? annon Iouem audis ita canentem?

His ego surrepti preciũ ignis ab æthere pestẽ
Demittam: læta cuncti quam mente sequãtur.

eiusmodi est quæ malis è rebus percipitur uoluptas Seirenũ scilicet naturæ persimilis: illæ enim cantus suauitate mortales perdũt. mali autem magnitudinem ipso ex nuptiarũ apparatu, tibiarum uidelicet clangore, crepitu ualuarũ, funalium incendio intueri tibi licet. tum quis tantos tumultus uidens, non eum miserum uocet, qui uxorem sit ducturus? mihi quidem certè in pugnam is mitti uidetur. si ab humaniorum literarum studijs abhorreres, meritò tu quidem mulierum facta ignorare posses: uerùm cum in ijs tantum profeceris, ut alijs etiam, quot illæ scenis argumenta suppeditauerint, commemorare queas, quid est quod Eriphyles monile, Philomelæ mensam, calumniam

Sthenoboeæ, Aeropes incestum, Prognes in iugulando filio immanitatem obliuioni tradidisse uideris? quòd si Agamĕnonem Chryseidis, Achillem Briseidis forma pellexit aliquando, ambæ utiq; in causa fuere, ut alterius exercitus pestilentia consumeretur, alter in squalore ac luctu diutißimè iaceret. formosam Hercule Candaules uxorē duxit: sed ab ea etiam necatus fuit. nuptiales Helenæ faces Troiam cremauerunt. Penelopes castitas innumeros procos leto affecit. ac Phædra quidem Hippolytum, cuius amore flagrabat: Clytemnestra uerò Agamemnonem, quem oderat, è medio tolli curauit. O mulieres ad omne semper flagitium paratas: quæ ijs quos diligunt, æque perniciosæ sunt, atq; ijs quos oderunt. quid uerò causæ fuit, quam ob rem Agamemnonem interfici oporteret, cuius pulchritudo cœlestis erat,

Et caput, atque oculi similes magno altitonanti? & tamen uiro huiusmodi, proh Iupiter, caput mulier abscidit. ac de formosis quidem mulieribus conmemorari hæc poßint: in
„ quarum consuetudine mediocris infelicitas inest:
„ pulchrtudo enim calmitatem aliqua ex parte leuat, unumque ipsa in malo bonum est. uerùm si, ut tu ais, deformis sit, duplo quidem certè maius malum fit. ac quo pacto quis ferre queat, tali præsertim ætate & forma tam bona? ne te

ne te, per deos, ô Charicle, in seruitutem tradas, neu florem ætatis tuæ ante tempus perditum eas. ad alia, quæ in nuptijs mala sunt, id etiam accedit, ætatis robur ut absumant. Noli, amabo te Charicle, noli, inquam, temet conficere, aut uenustam rosam inuenusto agricolæ colligendam præbere. Tum Charicles, Hoc dijs, inquit, & mihi curæ fuerit: non enim nisi post dies aliquot, nuptiæ fient. multa uerò & noctu agi possunt: ac nos per ocium considerabimus. nunc quod superest, ad equestre certamen abeo: neque enim equo à te mihi donato hactenus usus sum: exercitatio hæc animi mœrorem leuabit. ita ille abijt, primum ac postremum curriculum confecturus. Ego uerò Cliniæ, uti res meæ sese haberent, ut in amorem prolapsus essem, ut uidendi mihi copia esset, narrare pergo: addo etiam diuersorium, cœnam, puellæ pulchritudinem. tandem absurda loqui me sentiens, Dolori ô Clinia par, inquã, esse nequeo. Amor enim suum in me furorem omnem effundit, nullum somno locum omnino ut relinquant. Leucippe mihi perpetuò in oculis, animoq; uersatur: nec quisquam est, cui calamitas huiusmodi euenerit, malum enim mihi domi est. tum Clinia, Insani quidem certè hæc, inquit, oratio est, cum tam felici amore fruaris: neq; enim alienæ tibi fores adeundæ,

undæ, aut internuncij adhibendi sunt. ipsam tibi amicam fortuna nedum dedit, sed etiam in domo statuit. alteri quidem amanti satis esset, amatæ uirginis aspectu frui: maximaq; illi uoluptas putaretur, si oculos uidendo exaturare posset. beatissimi uerò illi existimantur, quibus colloquendi facultas tributa sit. tu autem & uides & audis semper, unáque & es, & potas: & quanquam tam beatus es, conquereris tamen, atque ingrati in amorem animi crimine laboras. an nescis maiorem in exoptata uirgine contemplanda uoluptatem esse, quàm in cõtrectanda? NAM dum sese oculi mutuò respectant, imagines corporum, speculorum instar, suscipiunt. pulchritudinis autem simulacra ipsis à corporibus missa, & oculorum ministerio in animam illabentia, nescio quam, seiunctis etiam corporibus ipsis, permistionem sortiuntur, corporum congressu, qui certè inanis est, longè iucundiorem. tibi uerò ego rem breui ex sententia processuram prænuncio: maximũ enim ad persuadendum momentum habet continuus usus: conciliatores enim amoris oculi sunt: atq; ad gratiam comparandam aßidua consuetudo maximum in modum conducit: cuius quidem tanta uis est, ut feras, nedum mulieres, mansuefaciat. iam uerò aliquid etiam ad uirginem illiciendam æqualis amantis ætas potest. quod præterea

in ipso

in ipso ætatis flore ad ea impellit, ad quæ natura ferimur, si id etiam addatur, ut amari quæpiam se intelligat, mutuum amorem gignit: uirginum enim unaquæq; formosam se esse credi uult, atq; amari gaudet, amatoremq; tanquam formæ testem laudibus extollit. ac si qua est, quæ nondum se à quopiam diligi sentiat, sese minimè formosam arbitratur. illud unũ ergo in primis te hortor, ut omni studio enitare, quo se à te amari credat: ita enim te quamprimũ imitabitur. at quónã pacto ea, inquam, fient, quæ prænuncias? agedum tu, quid agã, me mone: Amoris enim sacris ante me initiatus es, maioreq; usu polles. quibus dictis, factis ue utar? quo modo amatæ uirginis compos euadam? rationem enim inire ipse nescio. tum Clinia, Minimè, inquit, opus est, ut id ex alijs discere labores. Deus hic ipse sibi præceptor est. ac quemadmodũ infantes comesse nemo docet, sed per se ipsi discunt, paratumq; sibi esse in mamillis nutrimentus intelligunt: sic adolescentes amore tũ primùm prægnantes, haudquaquam magistro ad pariendum indigent. Si te dolor stimulauerit, ac dies necesitatem afferat, quamuis primus hic tibi partus futurus sit, non tamen errabis: sed pariendi tibi facultatem Deus ipse dabit. quæ autem uulgaria sunt, nec temporis opportunitate aliqua opus habent, ea percipe. uirginem in primis ne de stupro

appelles, caueto: sed ut negocium re ipsa conficia
,, tur, silentio curato: pari enim uerecundia pueri
,, sunt, & puellæ. ac quanquam uenereorum cupi-
,, ditate teneātur, nō tamē de ijs quæ perpetiuntur
,, sermonem secum haberi uolunt, turpitudinem in
,, uerbis collocatam existimantes. quæ uiros exper
,, tæ sunt, uerbis etiam delectantur. uirgines uerò
,, amantium præludia tentandi gratia adhibita fe-
,, runt, nutibusq; uelle sese statim significant. Itaq;
si ad uenerē uerbis inuites, aures eius oratione illa
offendes, erubescet, auersabitur tua dicta, cōuiciū
sibi fieri putabit: ac quominus uel cupiens promit
tat, pudore præpedietur: tunc enim ipsi se rei ope
ram dare arbitratur, cum maioribus uerborum
illecebris ad eam inuitari se audit. Sin uerò cona-
tu aliquo alio sensim adhibito morigeram illā red
dens promptè accesseris, multo tu quidem, seclusis
ut in sacris fieri solet, silentio utitor, ac paulatim
,, appropinquans osculum dato. AMANTIS e-
,, nim uiri osculatio apud uolentem puellam tacitæ
,, petitionis, apud nolentem precationis obtinet lo
cum. iam uerò etsi compacto, ac sæpe etiam spon
te aliquæ obsequātur, uim tamen uideri sibi alla
tam uolunt, quo necessitatis opinione uoluntariā
turpitudinem excusent. licet itaq; repugnantem
uideas, detineri tamen noli: sed quónam modo in
repugnādo se habeat, obserua: prudētia enim hac
quoq;

quoq; in re opus est. ac si perstare in sententia cognoueris, uim ne adhibeto, sed nondum persuasam esse scito. tractabiliorē aūt eam reddi si uolles, dissimulato: neque tute tibi rem tuā perditū ito. tum ego, Magna mihi, ô Clinia, inquā, adiumenta suppeditasti: neq; dubito, quin è sententia res procedat. uerùm enimuero metuo, ne maiorum felicitas hæc mihi malorū initiū sit, atq; ardentiorē me in flammā cōijciat. quā ob rē si morbus hic incremētum capiat, quid mihi agendū erit? hanc quidem uxorem ducere non poßim, propterea quòd altera mihi auctore ac suasore patre non iniusta uolente, desponsa est, minimè illa quidem peregrina deformisue. nec uerò me illi, quod de Charicle fit, pater uenundat: sed filiam mihi suam dat omnium, excepta Leucippe, formosißimā. uerùm ego nunc, quod quidem ad illius formam spectandam attinet, oculis captus sum: neq; omnino quicquam præter Leucippem cerno. saneq; inter duo contraria uersor. amoris uehementia, et patris pudor animum meū diuerse trahunt. quî controuersiā hanc dijudicabo? neceßitas cū natura pugnat. mihi quidem secundum te pater sententiā dicere in animo est. Sed aduersarij potentia obstat. is tormenta iudici adhibet, adest cū sagitis. faces tenens causam dicit. parebo illi pater: flammis enim circūuenior. hæc de amore Deo inter nos philosophabamur,





cum repentè familiariũ Chariclis unus ingressus est, aduersum nuncium uultu ipso præseferens, ita ut eo uiso Clinia uocem hanc statim miserit: Chaṛicli certè mali aliquid euenit. quæ uerba proferre nondum finierat, cum ille, Charicles, inquit, mortuus est. quo nuncio ita perculsus est Clinia, ut tanquam fulmine ictum uox eum motusq; defecerint. puer narrare pergens, Ascẽderat, inquit, Charicles tuum in equum Clinia, & leuiter primò eum impulit: dein uerò cum duos trés ue cursus confecisset, su[illegible]inuit, ac sudantem retraxit. ecce autem dum dimißis habenis in eo sedens madidã sudore sellam detergit, strepitum à tergo fieri: quo perterritus equus, ac sese in altũ saltu dans, huc illuc incerto cursu ferri cœpit: frenum enim mordens, collum intorquens, iubas quatiens, ac pauore stimulatus in aerem sustollebatur: anteriores pedes saliebant. posteriores primos assequi festinantes cursum accelerabant, eumq; propellebant: qui huiusmodi pedum contentione sublatus sursum, deorsumq;, pro modo celeritatis eorum, instar fluctuantis nauis dorso agitabatur. succussu hoc compulsus infelix Charicles nunc ad caudam, nunc ad collum reijciebatur, fluctuationeq; huiusmodi miserum in modum uexabatur. tandem cum habenas moderari amplius nequiret, fortunæ se flatibus totum permisit. tum uerò equus uehemen

ter

ter incitatus, atq; à recto tramite deflectēs, in syluam se coniecit, miserumq; adolescentulum arbori statim illisit: qui tanquam tormento emissus, è sella deturbatus est, facie tot uulneribus deformata, quot ramorū cuspides eiectum exceperunt. ipsum uerò corpus habenis implicitū in mortis semitam raptatum fuit. illius enim lapsu perterrefactus equus, & ne currere posset, impeditus, quod fugæ obstabat, calcibus conculcauit, ut iam nemo illum agnoscat. his cognitis rebus Clinia stupore oppressus aliquādiu tacuit: deinde tanq̄ impetrata à dolore uenia, maximos edidit eiulatus, ac summa cū celeritate ad cadauer se contulit: quem ipse quoq; quibus poteram uerbis consolando secutus sum. interea Charicles allatus est, luctuosum sanè ac miserabile spectaculum præbens: totus enim concisus erat, ac lacer, adeò ut eorum, qui aderant, nemo lachrymas contineret. porrò illius pater lamentationem huiusmodi magno cum gemitu ac ac plāgore cœpit: Qualis à me abisti fili? qualis reuerteris? ô diram equitandi artem. tu Hercule consueta morte mihi ereptus non fuisti: sed nec quæ mortuo conueniat, imago tibi relicta est. alijs in cadaueribus, siue lineamentorum uestigia depereant, siue uultus decor abeat, effigies ipsa tamen seruatur: quæ dormientem imitata dolentiū mœrorem leuet. animā quidē certè homini mors adi-

mit:uerũ in corpore hominis formã relinquit.sed tibi hæc etiam à fortuna fuit erepta.morte igitur duplici affectus es,corporis uidelicet,atq; animæ. ita imaginis quoq; umbra commortua est.spiritus ipse quidem tuus auolauit: nec tamen in corpore te inuenio. ecquando fili mihi uxorem duces? ecquando imperfectè atque infelix eques nuptialia tibi sacra celebrabo?tibi Hercule nunc pro cubili sepulchrum, pro nuptijs mors, pro hymenæo næniæ,pro nuptiali cantu lamentationes paratæ sunt. alius modi tibi ego ignes,fili,accendere sperabam: sed inuida illos unà tecum fortuna extinxit, funebresq́; pro ijs faces excitauit. ô diras faces. nuptialis flamma in sepulchralem tibi commutata est. ad hunc sanè modum pater conquerebatur.Clinia uero contrà (lugendo enim pater,atque amator certabant)secum ipse solus, ego quidem, inquit, hero meo periculum istud creaui. nam quid ego illi munus eiusmodi misi? ánnõ mihi aureũ poculũ erat,quo sacra faciẽs biberet,meoq́; munere frui gauderet?ego miser belluam formoso adolescenti dono dedi, eamq; argenteis phaleris, aureis habenis,alijsq́; cùm frontis, tum pectoris ornamentis cõmuniui.ego,me miserũ, qui te, Charicle,perderet,auro insigniui.ô ferarum omnium immanißima bellua,scelesta,ingrata,à pulchritudinis cognitione abhorrens hic tibi sudorẽ absterſit,

sit, largum pabulum promisit, cursum laudauit: tu uerò laudibus affectus eum peremisti. tu nō solū eiusmodi equitis onere non es lætatus, sed etiā amoris sensu carens pulchritudinē humi deiecisti. ô me infelicem: qui eum, à quo interficereris, emi. posteaquàm funeri iusta soluta sunt, ad Leucippē, quæ nostro in hortulo tum morabatur, cōuolaui. nemus illic creuerat aspectu iucundißimo, maceriaq; iustæ altitudinis circūcingente: cuius latera quatuor, tot enim omnino erant, tecto columnis imminēte operta uisebātur. pars interior plātarū multitudine cōsita erat, ramis florentib. et sese mutuò cōplicantib. folijs aūt fructibusq; inter se permißis: tāta erat plantarū dēsitas. Porrò maiorib. quibusdā arborib. hedera et smilax adnatæ erāt. atq; hæc quidē è platano molli, ac densa coma pēdebat, illa uerò piceæ adhærens truncū amplexu teneriorē efficiebat. hoc pacto arbor hederæ uehiculū, hedera arbori corona erat. ex utraq; arboris parte luxuriabāt harūdinib. alligatæ uites quarū racemi tēpestiuos flores ab ipsis harundinū foraminib. tanq̃ arboris cincinnos quosdā pendentes ostendebant. terra aūt, quā superimpendentes frondes opacabāt, modò hic modò illic illustrabatur, dum eæ ipsæ frōdes uēto impulsæ uariantib. solis radijs aditū præberēt. ad hæc uarij suā q̄sq; pulchritudinem flores certatim cōmonstrabant,

purpu-

purpureamq; narcissus ac rosa terram efficiebāt, quorum calathi, quod ad formam attinet, persimiles erant, plantæq; calicis uicem præstabant. foliorum rosæ pars superior, quæ scilicet calatho extabat, sanguinis, ac uiolæ. inferior uerò lactis colorem præseferebat. narcissus nihil omnino ab ima rosæ parte colore distabat. uiolæ nullus quidem calathus erat, uerùm color is, quem tranquilli maris aquam habere cernimus. in florum medio scaturiens fons quadrato alueo, riuoq; manufacto excipiebatur, speculiq; instar efficiebat, horti ut illic duo, alter re, alter umbra esse uiderentur. in nemore aues aliæ domesticæ, humanoq; cibo mansuefactæ pascebantur: aliæ liberæ in arborum cacuminibus ludebant, partim quidem proprio cantu insignes, cicadæ uidelicet, atq; hirundines: partim uerò pennarum fulgore præstantes, nempe pauo, cygnus, & psittacus. cicadæ Auroræ cubile, hirundines Terei mensam canebant: cygnus prope fontis exortum pascebat, psittacum pendens ab arbore cauea continebat: pauo inter flores pennas explicans, cum florùm ipsorum aspectu, cumq; uolucrum colore splendore contendebat: quinimo pennæ ipsæ flores erant. puellam igitur in amoris sensum inducere cupiens initium loquendi cum Satyro, sumpto à pauone sermonis argumēto feci: fortefortuna enim cum Clione deambulans

bulans aduersus eum constiterat, caudæ ornatum casu quodam pandentem: atq;, non equidem sine arte hoc, inquam, à pauone fit: sed cum ad amandum pronus sit, dilectam à se fœminam allicere cupiens, hoc sese pacto exornat, uidésne (& manu indicaui) iuxta platanum fœminam illam? ei nunc hic pulchritudinem suam, pennarum uidelicet pratum, spectandam proponit. saneq; pauonis pratum hoc alio quouis longè floridius est: in eius enim pennis oculorum serie distinctis aurum omni ex parte purpura æqualiter cõuestitur. tum Satyrus cognita orationis meæ sententia, quo mihi esset, unde cœptum sermonem longius producerem, tam laténe patet, inquit, amoris uis, ut auibus etiam ignem immittat? atqui non auibus solum, inquam, sed etiam serpentibus, et quadrupedibus, & plantis, atq;, ut mihi quidem uidetur, etiam saxis: ferrum enim magnes amat, & si modò uideat, tangát ue, ad se trahit, quasi amatoriã in se flammam contineat. id uerò ánnon est amantis saxi, atque amati ferri osculatio? quòd ad plantas attinet, philosophorum sententia est, quam planè fabulosam putarem, nisi ei agricolæ subscriberent, plantas alteram alterius amore capi: atq; ex iis molestiorem eum palmam sentire: aiunt enim earum alterum marem, fœminam alteram esse. marem igitur fœminæ desiderio teneri, ac si contin-

gat

gat fœminã procul ab eo conseri, marẽ amantem arescere. quam ob rem agricolam plantæ desideriũ intelligentem editiore loco inscenso dispicere quã in partem sese inclinet (inclinatur enim amatam fœminam uersus) & cognitæ illius ægritudini medelam adhibere: fœminæ enim surculo sumpto in maris cor inserere, itaq; eius animũ recreari, corpusq; mouens excitari, ac reuiuiscere amatæ complexu delectatum. atq; hæ nuptiæ plantarum sunt. aliud etiam est aquarum Alphei fluuij amantis, & Arethusæ fontis amatæ connubium. fluuius per mare non aliter, quàm per terras iter facit: nec dulcem eius aquam salso fluctu mare imbuit: sed discedit, ac præterlabenti fluuio discessus ille aluei usum præstat, eoq; pacto ad Arethusam Alpheus deducitur. in quinquennali aũt Olympiæ, celebritate multi, alius alias res, in fluuij uertices immittunt: quas ille ad amatam statim defert, eaq; fluuij nuptialia dona sunt. in serpentibus non solum eiusdem, sed etiam diuersi generis, aliud amoris arcanum inuenitur. nam uipera terrestris serpens murenæ in mari degentis amore deflagrat. est aũt murena forma quidẽ serpens, usu uerò piscis. ij cum congredi uolunt, mas in litore consistens, ac mare uersus sibilans, murenæ signũ dat. illa eo cognito ex undis egreditur: nõ tamen ad sponsum, cuius dentes mortiferos esse cognoscit,

gnoscit, statim pperat: uerũ scopulo aliquo cõscẽso, illic tantisper expectat, dũ ille ore uenenũ eiecerit. interim cõtinentis incola amator, & insulæ habitatrix amata mutuò sese cõtemplantur. cum primum igitur amans metu sponsam liberauit, illaq́; uenenum humi proiectum uidet, è scopulo in continentem delabitur, amantemq́; complectitur, osculationes eius minimè amplius uerita. hæc dũ commemorarem, quó nam modo Leucippe amatoriam hanc narrationem audiendo afficeretur, obseruabam: quæ sanè non illibenter audire se subindicauit. Cæterùm pauonis eximiam illam formã Leucippes uultus longè superare mihi uisus est: quippe cuius pulchritudo cum prati floribus certabat: narcißi enim in fronte, rosarum in genis color renidebat, oculorum fulgor uiolarum splendorem imitabatur. capillorum cincinni hederæ contortionibus implicatiores cernebantur. ac tale erat, quod illius facies pratum referebat. non multo autem pòst illa illinc abijt: pulsandæ enim citharæ tempus eam inuitauerat: nec tamen mihi non adesse uidebatur, utpote quæ meis in oculis imaginem suam discedens reliquerat. Satyrus autem, atq; ego nosmet ea ratione mutuò commendabamus, quòd ipse fabulas narrassem, ille narrandi occasionem præbuisset. paulo pòst cœnãdi tẽpus uenit. priorem itaq; in modum rursus accubuimus.

Liber secundus.



NTEREA *dum nostrum alter alterum laudaret, ad puellæ thalamum peruenimus, eam uidelicet cithara canentem audituri, à qua cõtemplanda ne minimum quidem continere ipse me poteram. Illa descriptam ab* Homero *suis cum leone pugnam primùm, aliud deinde mollius etiam, rosæ scilicet laudes, cecinit. ac si quis uerba sine numeris referre uelit, huiusmodi propemodũ essent: Si regem floribus constituere* Iupiter *uoluisset, non alium certè, quàm rosam eiusmodi honore dignatus esset. hæc terræ ornamentũ est, plantarum splendor, oculus florum, prati rubor, flos omnium pulcherrimus. hæc amorem spirat, uenerem conciliat, odoratis folijs luxuriat, tremulis frondibus, ac zephyri afflatu ridentibus delectat. huiusmodi sane cantus illius erat. mihi uerò in ipsius labris rosam uidere uidebar, ut si quis calathi ambitum corporis forma terminet. uix autem canendi finem fecerat, cum cœnæ tempus uenit. ac tum fortè* Protrygæi Dionysij *festi dies celebrabãtur: quem deum* Tyrij *sibijpsis præesse uolũt: nam & Cadmi fabulam canunt, & celebritatis eius instituendæ originem huiusmodi quandam tradunt, nullum uidelicet olim uinum mortales habuisse: nondum enim nigrum, quod* Anthosmiam *uocãt,* non

non Biblinum, non Maronæum, non Chium, non Icarium repertum fuerat: sed à Tyrijs ea omnia manasse: primamq; illius procreatricem apud se extitisse. Fuisse enim illic pastorem quendam, hospitalem, qualem Icariũ Athenienses memorant, qui fabulæ auctor fuerit, ab Attica sanè non dissimilis. ad eum diuertisse aliquando Dionysium: cui quidem ille quæcunq; terra gignit, ac boum plaustrum, apposuerit. potũ uero ipsis non alium quàm qui bobus est communis fuisse, quòd uiteus nõdum apparuisset. pastoris benignitatem Dionysium laudauisse, hominemq; poculo uini pleno beneuolẽtiæ ergô inuitasse: illam cum hausisset, præ uoluntate gestire cœpisse, atq; ad Deum conuersum dixisse, Vndénã tibi hospes purpurea hæc aqua est? aut ubi gentium tam dulcem sanguinẽ reperisti? non enim ex eo est, qui per terram labitur. ille enim minima cum uoluptate in pectus descẽdit, hic autem nares prius quàm os delectat: cumq; tactu frigidus sit, in uentrem delapsus iucundũ calorem excitat. Tum Dionysium respondisse: Aqua hæc ex uua, & sanguis è racemis prouenit: pastoremq; ad uitẽ duxisse, acceptisq; ac simul pressis commonstratæ uitis racemis, dixisse: Hæc aqua est, hi aũt fontes hoc facto uinũ mortalibus, ut Tyriorũ sermo habet, datũ fuit. Deo igitur illi sacer ac solẽnis ille dies institutus fuit. Quẽ cum pater meus celebrare uellet ma

gnificam ac lautam cœnã imperauit, Deiq; sacrũ, & à Glauci Chij cratere alterũ poculũ adhibuit. è cælato id uitro erat, eiusq; orã uites in eo ipso natæ coronabant: à quib. racemi paßim pendebant, sicco omnes poculo acerbi, immisso aũt uino paulatim rubentes, & maturi: quos inter Dionysius, ut uitem coleret, effictus erat. Cæterùm gliscẽte potu,
,, puellam impudẽter intuebar. AMOR enim ac Li
,, ber uiolenti dij animam inuadentes, eousq; incen-
,, dunt, ut pudoris obliuisci cogant, dũ alter consuetũ
,, ignẽ adhibet, alter igni materiã uino subministrat:
,, uinum enim amoris pabulũ est. Ex illo puella quoque accuratius intueri me ausa est. atq; ad eum modum dies nobis decem consumpti sunt: quibus nihil aliud, præter oculorũ coniectus alter ab altero recepimus, aut attentare ausi fuimus. Tandem Satyro rem omnem pateféci: atq; ut mihi opem ferret, obsecraui. ille autem, Omnia, inquit, prius, quàm ex te intelligerem, cognoui: sed indicium facere distuli, quia id nescire credi uolebam.
,, CLANDE-
,, STINVS enim amãs, si quis eius amorẽ indicet,
,, indicẽ quasi maledicũ aliquẽ conuiciatorẽ odio persequi consueuit. Cæterùm nostri curã fortuna spontè suscepit. etenim Clio, cui puellæ thalamus creditus est, me in amicitiam recepit, atq; amantis loco habet. ego breui rem inter uos ita componam, ut ad negociũ conficiendũ ipsa opem præstet. uerùm

de

de puellæ uoluntate solis oculis periculũ facere satis nõ est: sed efficacius aliquid loqui oportet, ibiq; machinam etiam alteram adhibere. itaq; manũ tange, digitos cõstringe, atq; inter constringendũ suspira. si hæc agentẽ æquo te animo feret, neq; facta huiusmodi aspernabitur, tum uerò dominam appella, eiusq; collũ suauiare. Appositè tu quidẽ, inquam, ita me seruet Pallas, ad eam me rem instituis. sed uereor ne, qua sum animi imbecillitate, minus strenuus amoris miles sim. Tum Satyrus, Ignauiã, ô generose uir, Cupido, inquit, non sustinet. ánnon tu illũ militari ornatu incedere, sagittasq;, pharetram, iaculum, ignem, uirilia & audaciæ plena omnia esse prospicis? an tu tali Deo plenus obtorpeas & expauescas? caue ne falsò te amantem prædices. ego tibi rem incœptam dabo. Clionem enim simul ac tempus ad puellam remotis arbitris conueniendam idoneum perspexero, aliò dimittã. Quæ cum dixisset, abijt. Ipse autem solus relictus, ac Satyri uerbis extimulatus, ita me componere conabar, ut ne in puellæ conspectũ ueniens animo deficerem, mecúmque, Quousq;, inquam, effœminate obmutesces? quid tam potentis Dei miles tantopere obtorpescis? uenturámne ad te illam expectas? non multo aũt pòst contrariam in sententiam hæc addebam: Atqui cur nõ resipiscis infelix? quin illã potius, quam par est, uirginem diligis? aliam domi

habes non deformem, illam ama, illam contemplare, illam te in uxorē habere ius est. itaq; mihi persuasus esse uidebar. uerùm contrà tanquam ex imo cordis Amor respondebat: An tu igitur tantum tibi sumis, ut contra me arma feras, mihiq́; resistere audeas? mihi ad uolandum pennæ, ad uulnerandum sagittæ, ad exurendum faces datæ sunt. Quónam te modo euasurum speras? ut sagittarum ictus declines, faces tu quidem certè nunquam euitabis. Quòd si earum flammis temperantiæ scutum opponas, uolatu profectò te comprehendā. Hæc dum mecum solus loquerer, puellæ me obuiam improuiso factum animaduerti, eaq́; uisa statim expallui: mox rubore perfusus sum. Illa tum sola erat. recesserat enim etiam Clio. Quanquam igitur animo perculso & abiecto, quid dicere non habebam: tamen, Salue, inquam, hera. Tum illa suauiter ridēs, & risu, quorsum ea salutatio spectaret, intellexisse significans, Tuá ne ego, inquit, hera? ah non æquum dicis. atqui Deus me, inquam, nescio quis tibi quemadmodum Herculem Omphalæ uendidit. Tum illa, Mercurium ne, inquit, ais? Siquidem ei auctionem Iupiter demandauit: simulq́; risit. Quem Mercurium, inquam, ais? quas nugas agis, cum probè quid dixerim, perceperis? interea dum sermones sermonibus texeremus, auxilio mihi casus quidam fuit. forte fortuna pridie eius diei circiter meridiem

Leucippe

Leucippe citharam pulsabat (aderam uerò & ipse) Clioq; illi aßidebat. ibi tũ me deambulante apicula quædã aliũde improuisò aduolans Clionis manum pupugit: quæ cum eiulasset, puella surrexit, depositaq; cithara uulnus inspexit, ac bono animo esse iußit, dolorem se inquiens duobus uerbis abstersuram: didicisse enim ab Aegyptia quadam muliere, uesparũ apumq; morsib. mederi: ac subitò excãtauit: meliusculeq; sibi esse paulo pòst Clio confessa est. Tunc igitur casus attulit, ut apis, fortè uerò etiam uespa quædam susurrans faciẽ meam uolitãdo circuiret. Occasione itaq; inde arrepta, manuq; ori admota, uulnus accepisse, & dolorẽ sentire me finxi. Quã ob rem accurrẽs uirgo manũ remouit, & quæ pars læsa esset, rogauit. ego uerò, labra, respondi: tu aũt charißima Leucippe cur non excantas? tũ illa tanquã excãtatura os admouit. et labiorum meorũ extrema contingẽs nescio quid immurmurauit. Interea ipse oscula furtim nullo edito sono dabam. sed & puella dum in ponuncianda cantione labra nũc aperiret, nũc clauderet, efficiebat ut cantio in basia cõmutaretur. itaq; tum ego eam cõplectens palàm suauiatus sum: illa uerò retrocedens, Quid, inquit, agis? num tu etiam excantas? at qui, Cantionem, inquam, exosculor, quoniam ea tu dolorem mihi omnem eripuisti. Quæ cum intellexisset, subrisissetq;, animus mihi acceßit: ac subitò,

Hei mihi charissima Leucippe, inquam, rursum, atq; acerbius pungor: aculeus enim ad cor usq; penetrauit, excantationemq; tuam exposcit. apem certè tu quoq; in ore gestas: nam & mellis plena es, & basia tua uulnus imponunt. quare iterum, quæso, excanta: sed tam citò cantionem absoluere noli, ne uulnus recrudescat. atq; inter loquendum manum inieci, liberiusq; osculatus sum: illa tametsi repugnare uideretur, sustinuit tamen. interea procul uenientẽ ancillam conspicati, alius aliò secessimus, ego quidem perinuitus, ac tristis: illa uerò qua mente, haud sanè scio. ex illo melius mihi esse ac spes augeri cœpit: planeq; basium in labris meis, quasi corporeũ aliquid relictum residere sentiebam, & dulcedinem eius ceu thesaurum quodpiam diligenter custodiebam. id enim est quod primùm amanti dulce accidit, cum à formosissima,
,, & præstantissima corporis parte procreetur. Os
,, enim instrumentum uocis est: uox autem animi um
,, bra. labiorum porrò contactus dum uoluptatem
,, in præcordijs serunt, animos ad sese mutuò sua-
,, uiandum trahunt. Nec uerò talem unquam antea sensibus meis motum allatum fuisse, nec me quicquam aliud, quod cum amatorio suauio dulcedine cõtenderet, cognouisse memini. posteaquam cœnandi tẽpus redijt, rursum accubuimus: Satyrusq;, qui nobis uinũ miscebat, amatoriũ nescio quid tũ præstitit.

stitit. nam poculũ Leucippes cum meo, dum utriq; ministraret, cõmutabat. ego qua parte bibens Leucippe labra scypho admouerat, obseruans, eamq; ori meo inserens, ac missum ad me osculum confingens, bibebam, simulq; poculũ suauiabar. id quod animaduertens puella, suorum etiam me labiorum uestigia obsculari iudicauit: cumq; administrator pocula nobis rursum commutasset, illam factum meum imitantem, eodemq; modo bibentẽ animaduerti: eoq; maiorem etiam uoluptatem cæpi. nec uerò semel factum id à nobis fuit: sed tertiò etiã, ac quartò, deincepsq; diei reliquũ alter alteri basia uicissim propinantes consumpsimus. Absoluta cœna cõueniens me Satyrus, Nunc tempus est, inquit, uirũ ut te ostendas. puellæ mater, ut nosti, minus bellè habet, ac sola cubitum iuit. puella prius, q̃ in lecto se collocet, unà tantũmodo cum Clione, quò uentris causa consueuit, se conferet, uerùm ego eam colloquendo abducam. sub hæc uerba ille Clionem, ego Leucippen obseruabamus, resq; è sententia processit: nam & Clio abducta est, & Leucippe in ambulatione remãsit. ergo uespertini temporis aduentu obseruato, priore successu audẽtior factus, ad eam quasi miles iam uictor, & pugnæ pericula nihil faciens me contuli: multa enim erãt: q̃b. armatus cõfidebã, nẽpe uinũ, amor, spes, solitudo: tacitusq;. quasi ex cõpacto ita res agerẽ,

puellam circũplexus basiaui: cũq; præstabilius ali quid etiã facere aggressus essem, strepitus quidam post nos auditus fuit. quã ob rẽ perturbati dißiluimus. Leucippeq; intra cubiculũ suũ, ego aliam in partẽ me recepi, sanè, q̃ tristis, tam præclara occasione amissa, strepitũq; detestatus sum. intera læto uultu fit mihi obuiam Satyrus: qui mihi quæ à nobis acta fuerant, omnia uidisse uidebatur, dum sub arbore quadam, ne quis nobis superueniret, obseruabat: quinimmo ille ipse uenientem nescio quem conspicatus, strepitum ediderat. lapsis paucis pòst dieb. pater, citius quidẽ omnino quàm cõstituerat, nuptijs meis operam dare cœpit. multa enim hominem insomnia perterrebant. namque illas adornare sibi uisus est, ignemq; dum nuptiales faces accendisset, extingui, et nos, quæ res uehementius etiam illum angebat, abduci. nuptijs igitur, quæ tum secutura erat, dicta est dies. iam in sponsæ ornatum necessaria omnia comparata fuerant. monile scilicet uarijs lapillis distinctũ, uestis purpurea tota, nisi quòd ea pars quæ in alijs purpura constat, ex auro texta erat. porrò lapilli de pulchritudine inter se contendebant. hyacinthus lapidea quodammodo rosa erat: amethystus purpurascens ad auri propè colorem uergebat. in medio lapilli tres uisebantur ita collocati, ut alterius colorem alter exciperet: in unum quippe omnes coaluerant:

parsq;

parsq; ima nigra erat: summa, quæ in cuspidē surgebat, rubra: media alba cum esset, hinc nigrori, rubori illinc candorem cōmunicabat, lapis ipse auro inclusus aureū oculū imitabatur. nec uerò uulgari purpura, sed ea quā à pastoris cane inuentam Tyrij fabulantur, quaq; nunc etiam Veneris peplū tingi consueuit, uestis illius color constabat. ac fuit quidem aliquando tempus, cum purpuræ decus mortales nesciebant, utpote quod intra paruæ testæ cauum occulebatur. prædam huiusmodi piscator quidam cæperat, & pisces esse crediderat: uerùm testæ asperitate perspecta, prædā detestatus est, ac tanquam maris fæcem abiecit: quam canis cum adinuenisset, dentibus comminuit: sanguinisq; illius flos ab ore manans rictum infecit, & purpureum labris colorem induxit. Tum pastor canis os sanguinolentum cernens, uulnus illum accepisse ratus est: atq; ad mare profectus, aqua conspersit. ibi uerò sanguis ille splēdidior euadebat, manusq; eius cōtrectando purpurascebāt. hinc eā esse testæ naturam pastor intellexit, ut innatum pulchritudinis medicamētū in se cōtineret, atq; ut rei totius arcana exploraret, accepto lanæ glomere in eius latebras demersit. lana, quomodo etiam canis rictus, sanguine infecta est: ac tum purpuræ imaginem didicit, contritaq; saxis quibusdam medicamēti illius crusta purpuræ penetralia reserauit, fullonicæq;

thesaurũ adinuenit.quam igitur ante nuptias fieri mos est,rem diuinā pater faciebat.quod simulatq; ipse persensi, perijsse me iudicaui:cogitabāq; quonāmodo aliud omnia in tempus reijci possent.qua in cogitatione defixus dum essem,repentinus quidam strepitus à uirorũ diuersorio exauditus est, resq; ita habuit.Cũ uictimā fortè pater mactauisset,arisq; imposuisset,delapsa cœlo aquilla eam rapuit,nihil ijs qui submouere conabātur ꝓficientib. auolauit enim cũ præda.omē id bonũ nõ esse iudicatũ est:atq; à nuptijs eo die cessatum. Accersitis aũt auspicib. et coniectorib.rē pater exposuit:atq; illi ad mare proficisci,ac Ioui hospitali sub mediā noctē sacra facere oportere dixerunt: eò enim aquilā uolatũ tenuisse.itaq; statim cecidit res:nā uolucris cursum mare uersus dirigēs nusquā amplius apparuit.ego euentu hoc delectatus,aquilā mirum in modũ cõmendaui, auiumq; reginā meritò esse dixi.Quod aũt omine portendebatur,breui tēpore pòst euenit.Callisthenes Byzantius adolescens,parentib.orbatus,diues,luxu perditus,ac sumptuosus fuit.is formosam Sostrato filiam esse audiens, eam quanquā nõ uiderat,uxorē tamen habere optauit,
,, ac sola auditione illius amore ardebat.Ea enim ho
,, minum intemperantiũ libido est,ut etiā fama ad a-
,, mandũ cõpellantur:& audientes æquè afficiātur,
,, atq; uidentes.igitur ante q̃ Byzantijs bellũ inferre

tur,

tur, Sostratam puellã ut sibi despõderet, rogauit. ille aũt intemperantẽ hominis uitã minimè ꝓbans nõ daturã se respondit. Quam ob rem Callisthenes à Sostrato contẽni se ratus, iracundia exarsit: atq; alioqui amans, puellæq; pulchritudinẽ sibi ipse cõfingens, & quæ oculis nondum aspexerat, mente agitans, quam animo maximam conceperat, indignationem dißimulauit: & quo modo acceptam à Sostrato iniuriam ulcisci, ac suam ipsius cupiditatem eplere posset, excogitauit. nam cum Byzantijs lex esset, ut si quis uirginẽ rapuisset, uimq; illi attulisset, is alia nulla pœna teneretur, quàm ut eam matrimonio sibi adiungeret. Legi huic animo intentus Callisthenes, opportunũ ad eam rẽ tẽpus quærebat. quanquam autem bellum ardere, puellam' que domi nostræ commorari didicerat, non tamen insidias moliri destitit. in quo huiusmodi quiddam homini auxilium tulit. editum fuerat Byzantijs oraculum hoc:

Est ortum ducens plantæ à cognomine terra
Insula: telluri quæ tramite iungitur arcto,
Atq; eadem magno latè circundata ponto est,
Iungi ubi Vulcano gaudet Tritonia Pallas:
Amphitryoniadæ hic solennia reddite magno.

dubitantib. aũt ipsis quæ ab oraculo insula designaretur, Sostratus (is enim, ut dixi, belli princeps erat) tempus, inquit, est ut Tyrũ Herculi sacrificatũ

mitta-

mittamus: nam ei loca singula oraculo edita conue niũt: plantæ enim cognominẽ eam Deus uocauit, quoniam Phœnicũ insula est: Phœnix aũt (ea uox palmã significat) planta est. de illa etiam mare ac terra cõtendunt: atq; hæc quidẽ ad se trahit, illud uerò utrinq; abluit: in mari enim iacet, nec tamẽ à terra disiũgitur: sed angusti cuiusdã callis beneficio continenti adnectitur, qui quasi collum insulæ est, & maris fundo minimè adhærescẽs, sed aqua subterlabẽte sustẽtatus, nouũ prorsus spectaculũ exhibet, urbẽ scilicet in mari, & insulã in terra. q̃ aũt ad Palladẽ Vulcano adiunctã attinet, de olea et igne intelligi debet: quæ duo apud nos cõiuncta habentur: sacer enim ac muro circundatus locus est: ubi oleæ latè sese diffundenti ignis adnascitur, & magnam circũ illius ramos flammam exuscitat: ex cuius cinere lætior etiã olea ipsa euadit. hac ratione ignis & planta in amicitiam conspirant: Vulcanumq; Minerua nõ auersatur. tum Chærephon Sostrati collega in bello, Sostrato ipso maior, quoniam patria Tyro erat, hominem miris laudibus extollens: Pulchrè tu quidem, inquit, Dei responsum interpretatus es: uerùm ne solam ignis naturam admiratione dignã arbitrare: sunt enim sua etiam ipsius aquæ miracula, egoq; arcana huiusmodi uidi. fons in Sicilia reperitur permistum aquæ ignem continens: in quo salientem ab imo ad summum

mum flammam conspicias. aquam uerò si tangas, niuis instar, frigidam inuenias: neq; tamen ignem aqua extinguit, neq; aquam ignis calefacit: sed alteri cum altera pactæ illic induciæ sunt. in Hispania quoq; fluuius est, quem primo aspectu nihil à fluminibus alijs differre iudicabis. At uerò si paulo attentius auscultes, aquam resonantem audias: ubi enim uel modicus uentus uortices impulerit, aqua fidis in morem sonum edit: plectri siquidem uentus, citharæ uerò aqua usum præstat. sed & in Libya palus habetur Indicæ similem arenam continens. ac Libycæ ipsæ uirgines aquam eius diuitē esse norunt. Porrò diuitiæ sub aqua limo permistæ adseruãtur, auri fonte inibi scaturiente. illitam igitur pice perticam in aquam demittunt, ac fluminis obijces remouent: quod aũt pisci hamus, id auro pertica est. illud enim apprehendit, dum escæ officio pix fungitur: nam quicquid auri ab ea cõtingitur, adhærescit, atq; in litore exponitur, eoq; pacto aurum ex fluuio Libyco extrahitur. hæc cum dixisset Chærephon, Tyrum, qui sacrificarent, misit, factum id ciuitate comprobante. Callisthenes igitur è sacrificij curatoribus unum se fingens, Tyrum quamprimum adnauigauit: ibiq; patris mei domo cognita, mulierib. quæ sacrificij pompam spectatũ prodierant, insidias tetendit. magnifico enim apparatu, ingenti uidelicet suffi-

suffimentorũ copia, magnaq́; florum uarietate instructa fuerat. in suffimentis, casia, thus, crocus: in floribus, narcissus, rosa, myrtus erant: suauitasq́; è floribus afflata cum suffimentorum odore certabat: sublatusq́; cum aere uapor odores confundebat, & uentum suauitate complebat. Sed & multæ ac uariæ uictimæ sequebãtur: inter quas principem locum nilotici boues obtinebant. non solũ autem magnitudine, uerùm etiam colore animal huiusmodi præstat. statura est eximia, ceruice crassa, humeris amplis, uentre magno, cornibus non ut Siculi boues depreßis, neq; ut Cyprij deformibus, sed quæ à temporibus altè cõsurgentia sensim utrinq; curuentur ita, ut summæ illorum partes tantum sibi mutuò appropinquent, quantum principia eorum inter se distant, et plenæ lunæ imaginẽ propemodum referre uideantur: colore tali qualem in Thracijs equis Homerus laudat. incedit autẽ taurus is ceruice sublata sic, ut aliorum se regem esse ostendat. quò! si uera sunt quæ de Europa traduntur, in Aegyptium taurum Iupiter sese commutauit eo porrò tempore accidit ut nouerca mea incommoda ualetudine esset. Leucippe uerò morbũ causata (conuenerat enim inter nos, ut ita fieret, quousq; alij exiuissent) domi remansit. ex quo factum fuit, ut soror mea cum Leucippes matre tantum prodirent. Callisthenes, qui nondum Leu-
cip-

cippen uiderat, cum primum Calligonem sororem meam obuiam habuit, eam Leucippen esse credidit: Sostrati enim uxorem probè norat: ac nemine appellato, quippe qui aspectu iam captus erat, famulorum uni, cui quàm maximè fidebat, puellam ostendit, latronesq; ad eam rapiendam conuocare iubet, rapiendiq; modum præscribit, celebritatem instare, inquiens, qua uirgines omnes ad mare profecturas esse audierat. quæ cum locutus esset, curandi sacrificij munere neglecto, abijt. erat ei priuata nauis: quam priusquam domo exiret, instruxerat, si fortè quod animo iam agitabat, perficere posset. iam uerò alij rei diuinæ faciendæ curatores in altum inuecti erant: Callisthenes autem non admodum à litore abscedebat, simul ut multitudinem sequi uideret, simul ut ne cum Tyro uicina esset nauis, pòst raptum deprehenderetur. ac cum primùm Saraptam Tyriorum uicum in mari situm peruenit, illic lembũ instruit, ac Zenoni tradit: id illi nominis erat: cui rapiendæ puellæ prouinciam demandauerat. is cum alioqui robusto esset corpore, piraticamq; à teneris facere didicisset, piratas in uico illo piscandi etiam peritos confestim adinuenit, ac Tyrum applicuit. est urbi Tyro proxima parua insula (Tyriæ illic naues stationem habent) quam Orodopes tumulum uocant. eo in loco lembum Zeno in insidijs collo-

collocauit. antequam autem celebritatis eius, quã Callisthenes expectabat, dies aduenisset, quæ aquila portenderat, et quæ diuinatores responderant, omnia consequuta sunt. nos ut postridie Deo sacrum faceremus, noctu nosmet adornaueramus: nec eorum quidquam Zenonem latuit. ad multam igitur noctem soluentes prouehebamur, cum ille consequutus est. cõmodùm autem exieramus, atq; in extremo litore abluebamur. cum is, uti constituerat, signum sustulit, lembusq; statim litori propior factus est. erant in eo iuuenes decem: expectabant in terra octo alij in insidijs collocati, muliebri ornatu, mento raso. hi omnes gladium sub ueste clàm gestabant: atq; ut quàm minimam in suspicionem uenirent, uictimas comitabantur, ita ut fœminas illos esse arbitraremur. postea quàm pyram extruximus, ij clamore sublato repentè impetum fecerunt, nostrasq; faces extinxerunt: cumq; nos subito metu perculsi nullo ordine seruato terga daremus, illi nudatis gladijs sororem meam rapuerunt, nauiq; cum ea inscensa, uolucrum instar, confestim auolauerunt. è nobis alij ea re neq; uisa, neq; audita, fugæ sese mandarunt. nonnulli & uiderunt, & uocẽ hanc simul miserunt, Callıgonẽ piratæ auexerunt. iã mediũ lẽbus mare tranauerat, Saraptæq; appropinquauerat, cũ Callisthenes agnito ꝓcul signo processit obuiam, susceptaq; puella in altũ se
rece-

recepit. mihi uerò disturbatis tam præter opinionẽ meam nuptijs animus redijt, tametsi sororẽ tantã in calamitatem incidisse non poterã non dolere. paucis pòst diebus, quàm hæc acta sunt, Leucippẽ ijs uerbis affatus sum: Quousq; tandem charißima Leucippe basijs insistemus? Speciosa quidem certè initia hæc sũt, uerùm aliquid aliud etiã ex ijs q̃ ab amãtib. expetũtur, addamus. age fidei neceßitatẽ mutuò nobis imponamus. nam si Veneris sacris initiabimur, Deum alium nullum ea meliorem inueniemus. his cantionibus sæpius repetitis, eam, ut me noctu thalamo susciperet, induxi, Clione etiam quæ cubiculi eius curã sustinebat, adiuuante. porrò thalamus ita ædificatus fuerat. ingens aderat spacium, thalamos duos dextera, sinistra totidẽ cõtinens, media interiacente semita quadã angusta: qua ad eos iri posset. semitæ huius limẽ ualuas, quibus occluderetur, habebat. imbi degebant mulieres. nam thalamos interiores, mutuò sibi oppositos, uirgo, & eius mater obtinuerant. ex alijs, qui Leucippes thalamo coniungebatur, Clioni obtigerat. ultimus penui asseruando destinatus fuerat. Leucippen mater cubitum semper comitabatur: ac non solum ualuas ipsa intus claudebat, uerùm etiam foris per aliũ claudi, custodiendasq; sibi per foramen claues reddi curabat. mane autẽ circiter auroræ ortum aduocato eo cui hoc oneris impo-

fuerat, ac redditis clauib. aperire ostiũ iubebat: ijs igitur similes alias quasdã cũ Satyrus fabricari curasset, aperiẽdi periculũ fecit: atq; ut rẽ è sententia procedere animaduertit, Clioni, puella etiã cõscia persuasit, ne illi quoquo modo impedimẽto esset: id quod arte minimè carebat. erat ijs famulus quidam, uir curiosus, loquax, uẽtri deditus, ac quouis alio simili nomine dignus: quẽ Cynopẽ uocabant. is mihi quæcunq; ageremus, procul obseruare uidebatur. maximè uerò suspicans, ne noctu aliquid tentaremus, ad multã noctẽ cubiculi forib. apertis uigilabat ita, ut eum latêre perdifficile esset: quamobrẽ Satyrus hominẽ ad amicitiam attrahere uolens, cũ eo sæpe iocabatur, & Conopẽ, quæ uox culicẽ denotat, appellabat, eiusq; nomẽ cauillabatur. ille Satyri arte cognita, contrà iocari quidẽ fingebat, uerùm infidũ animũ gerebat. itaq; ad eũ cõuersus, Agedũ, inquit, quoniã nomen meũ irrides, fabulã quam de culice sum narraturus, audi. Prometheum leo multoties incusauit, quòd, cum se magnũ & formosum effinxisset, maxillasq; dentibus, unguibus pedes armauisset, ac feris alijs robustiorẽ effecisset, tamen dotibus tot præditus gallum gallinaceum timeret. cui respondens Prometheus. Quid temere, inquit, me accusas? ego quæ præstare potui, omnia tibi cõcessi: uerum animus ipse tuus hac una in re infirmus est. Quocirca flebat leo, seq;
timi-

timiditatis dãnans, mori omnino decreuerat. quæ in cogitatione dũ esset, in elephantem incidit. quo cum, post datam salutẽ, in sermonem delapsus, ubi aureis perpetuò mouentẽ illũ uidit: Quid hoc, inquit, rei est? cur ne punctũ quidem temporis auribus quietem das? tum elephas, cuius circũ caput culex tum fortè uolitabat, Bestiolam, inquit, hanc susurrantem cerno: quæ si aureis modò meas ingrederetur, de me actum esset. Leo uerò, Quid me igitur, inquit, mori oportet? qui talis sim, tantoq; elephante beatior, quanto culici gallus gallinaceus antecellit. uides'ne quantum culici roboris insit, quantum elephantem etiam terret? Satyrus autem doli plenam illius orationem cognoscens leniter arrisit: Ac meam tu quoque, inquit, de culice ac leone historiam à philosopho quopiam relatam audi. Habeo uerò tibi gratiam, quod elephanti me fabulam edocueris. Confidentiæ igitur plenus aliquando culex leonem allocutus, Næ tu, inquit, uehementer erras, si mihi etiam, quemadmodum cæteris animalibus, præpositum te credis, cum neque pulchrior, neque fortior, neque melior sis, tametsi robore quodam antecellas. Tu quidem unguibus laceras, & dendentibus mordes: at quæ muliercula pugnans non hoc facit? quæ uerò magnitudo te ornat? quæ pulchritudo? amplum tibi pectus est, & lati hu-

meri:collũ etiam densis inhorrescit pilis:at quantà posteriorũ partiũ turpitudo sit,nõ uides. magnitudo mea est aer totus,quãtũ quidẽ alis circuire possum:pulchritudo pratorũ uiriditas,quæ uestis etiã loco mihi est:quam,cũ à uolatu quiescere lubet,induo. neq; uerò dictu ridiculum fuerit robur meum: totus enim bellicum instrumentum sum, nec sine tuba unquam in pugnam prodeo. mihi enim os & tuba et iaculum est, eoq; & tubicen, & iaculator sum. sagittam quinetiam atq; arcum memet facio: per aerem enim alæ me uibrant. uibratus ipse, tanquam telum aliquod, uulnus infero: quod qui accipit, subitum clamorẽ edit, uulnerisq; auctorẽ ut inueniat, circumspicit. ego uerò et absum, et adsum, eodemq; momento & fugio, & remaneo, alisq; hominem obequito, atque ob uulnera saltantem cernens rideo. Sed quid uerbis opus est? agedum pugnam ineamus. atque inter loquendum in leonem impetum fecit. oculos, aliasq; omnes capitis partes pilis carẽtes appetens, interimq; susurrans. irascebatur leo, seq; huc illuc conuertens, aerẽ modò uorabat. Culex maiorem ex illius ira uoluptatem capiens, ipsa etiam labra inuadebat. atq; ille quidem ad partem dolentem, quæ scilicet uulnus acceperat, sese incuruans, declinabat: hic uerò luctatoris uice, contracto corpore per medios leonis dentes, os etiam clausum pertransiens, elabebatur

tur. itaque præda frustrati dentes illius mutuo concursu resonabant. tandem inani pugna defatigatus, iráq; deuictus leo quieuerat, cum eius comam uolitando circuens culex, uictoriæ signum cecinit. inde cum ampliore gyro uolatum nimia insolentia elatus produceret, in aranei telam improuiso incidit: atque ab eo statim deprehensus est. quamobrem ubi nullum fugiendi locum sibi relictum cognouit, suam ipsius dementiam detestatus, Me miserum, inquit, qui leonem prouocare ausus, tenuem aranei telam euadere non possum. Quæ Satyrus cum dixisset, Vnde, inquit, ô Conops, aranei tibi quoque telas esse timendas: ac simul cachinnum sustulit. paucis autem diebus pòst, cum uentri deditum Satyrus Conopem animaduertisset, soporifera potione comparata, hominem ad cœnã uocauit. Ille mali aliquid suspicans primùm detrectauit: sed postea quàm suasor optimus uenter pellexit, morẽ gessit. cumq; ad Satyrũ uenisset, ac cœnatus abire uellet, potionem ei Satyrus postremo in poculo miscuit: qua ille hausta non amplius moratus, quàm quantum ad se intra cubiculum recipiendum satis esset, potione cogente arctè dormitare cœpit. me uerò conueniens statim Satyrus, Dormit, inquit, Cynops: itaq; Vlyssis exemplo strenuus facsis. quo dicto, ad Leucippes thalamum subitò profecti, ille pro-

foribus remansit, ego me furtim excipiente Clione introij, obiecto cum gaudio, tum pauore tremens: nam periculi metus animi spem conturbabat: assequendi autem spes metum uoluptate perfundebat. ita quæ pars animi spirabat, timore angebatur: quæ dolebat, gaudio gestiebat. Cæterùm paulo ante, q̃ puellæ cubiculum ingrederer, matri eius horribile nescio quid in somnis oblatum est. latronẽ enim quendã districto gladio armatũ uidere uisa est: qui filiã abduceret, ac supinã statuẽs, uterũ eius facto à pudendis initio gladio secaret. quã ob rem ut erat, metu pculsa prosilijt, Leucippesq; thalamũ (ꝓpè enim erat) citato gradu ingressa rectà ad cubile perrexit, me uix in lecto collocato. tum uero egò cardinũ strepitu audito statim exsurrexi: et quo in periculo uersarer intelligẽs, extra thalamũ q̃ ocyßime cucurri. Satyrus tremẽtẽ perturbatũq; me accepit: ambo deinde per tenebras euadentes, suũ quisq; intra cubiculũ se recepit. puellæ mater uertigine primùm correpta decidit: mox recreata Clioni faciẽ totis uirib. pugnis contudit: ac suos sibi capillos cõuellens, unàq; ingemiscẽs ita filiã allocuta est: Leucippe tu spes meas omnes præcidisti. heu miserã me ô Sostrate: tu Byzantij ꝓ alienis nuptijs bellũ geris, Tyri aũt filiæ tuæ cubile nescio quis expugnauit, ac polluit. hei mei ô Leucippe, nõ ego taleis ut nuptias tuas uiderem, expecta-

ctabã. utinã Byzantij remansisses. utinã belli lege contumeliã hanc passa esses: utinam te uel Thrax aliquis hostis uictor iniuria affecisset: faceret enim uis illa, ut infortuniũ istud dedecore careret. nũc (ô te infelicē) eius rei, q̃ te miserã reddit, ad te infamia redundat, qui nocturna etiã uisa me fefellerunt: neq; qđ uerius erat, insomniũ uidi. nũc certe crudelē in modũ dissectus tibi uterus fuit, atq; adeo, ut ne ferro quidem crudelius diuidi potuerit. quid, quòd neq; iniuriæ tibi factæ, neq; iniusti mihi doloris auctorem cognoui. ô infortunia. nunquid uerò seruus iste aliquis fuit? tum Leucippe animo confirmato, quòd fuga elapsus essem, At tu mater uirginitatem, inquit, meam probris incessere noli: neq; enim sermone isto tuo dignum quicquam admisi, neq; illum, quisquis tandem siue Deus, siue heros, seu etiam latro fuerit, agnoui. perterrita enim iacebam, ut neque uocem præ timore mittere possem: linguæ enim uinculum timor est. hoc tantum scio, uirginitatem à nemine meam uiolatam fuisse. Itaq; collapsa iterũ Panthia ingemiscebat. interea nos, quid fieri à nobis oporteret, soli ment te agitabamus: illudq; optimũ iudicatũ est, ut priusquã illucesceret, ac tormẽtis coacta Clio rẽ pate faceret, solũ uerteremus. hac sententia cõprobata, cũ ianitore ita egimus, ut ad amicas nostras ituros nos crederet: atq; ad Cliniam rectà peruenimus. e-

rat tũ media nox, ideoq; nõ nisi difficiliter à ianitore impetrauimus, ut fores aperiret. Clinia,q; in editiore domus parte cubare cõsueuisset, colloquẽtes nos audiuit, perturbatusq; omni cũ festinatione obuiã nobis processit, atq; haud ita multo pòst Clio nos secuta est. fugere enim ipsa quoq; decreuerat. eodem igitur tempore Clinia quid nobis euenisset, intellexit, & nos Clionis, Clio aũt nostrũ consiliũ cognouit: domum enim ingressi nos primũ Cliniæ, quæ acta fuerant, & quemadmodũ è patria excedere statueramus, exposuimus. deinde Clio, Ego quoq;, inquit, uobiscum unà proficiscar. nam si quo usq; illucescat, tormentis coactũ iri me ad confitendum scio. at mihi mortem oppetere, quàm tortorum manus experiri, leuius futurum est. tum Clinia manu prehensum me procul à Clione abducit: mihiq; optimum, inquit, consilium reperisse me uideor, hanc scilicet ut hinc amoueamus, nos dies paucos expectemus: deinde, si è re ita fuerit, unà abscedamus: quem enim deprenderit puellæ mater, nondum, ut uos dicitis, cognouit: nec qui indicet, submota Clione, quisquam reperietur. ac fortè fiet, ut uirgo ad fugiendum pelliciatur. seq; ipse etiam fugæ nostræ socium futurum pollicitus est. Huic sententiæ assensum fuit, & Clio famulorum uni tradita, qui nauiculæ impositam ueheret: nos illic remansimus, quæ agenda supererant, procurantes.

rantes. tandem puellam tentare placuit, eo consilio, ut si nobiscum proficisci uellet, eam abduceremus: sin minus, illic nos quoq; remaneremus fortunæ arbitrio nosmet permittentes. quantū itaq; noctis supererat, somno cōceßimus: ac summo mane domum reuenimus. tum uerò exurgens Panthia Clionem, ut de ea quæstionem haberet, uocari iussit: quam cum nusquam inueniri cognouit, rursum ad filiam reuersa, Quid, inquit, causæ est, quam ob rem facti huius seriem mihi non explicas? ecce ipsa etiam Clio euanuit. Tum Leucippe audentior etiam facta, Quidnam, inquit, tibi amplius dicam? aut quam aliam ueritatis fidem maiorem afferam? si uirginitatis periculum modo aliquo fieri potest, fiat. scilicet id etiam restat, inquit Panthia, ut infortunij nostri testes adsciscamus. atq; hæc cum dixisset, statim exiuit. Leucippe sola relicta, maternisq; uerbis satiata, uarias in partes distrahebatur. dolebat, q̄ deprehēsa fuisset: erubescebat, q̄ se mater probris affecisset: irascebatur, quòd sibi fides non haberetur. PORRO autem uerecundia, moeror, ira, tres sunt animi fluctus. uerecundia enim in oculos illabens, eis libertatem adimit. moeror in pectus diffusus, animi ardorem extinguit. ira circum cor adlatrans, rationem insaniæ spuma obruit. horum omnium procreator est sermo: qui tanquā telū ad metam dirigens, atq; collineās,

» » uarijs animũ uulneribus afficit. nam cum tria sint
» » illius tela, nempe conuiciũ, calamitatis inuulgatio,
» » & erratorum exprobratio, uulnera quoq; tria es-
» » se opertet, iram scilicet, mœrorẽ, uerecundiam. hi-
» » sce omnibus telis peculiare est ut profundas, at
» » non cruentas plagas imponant: quarum medicina
» » est eadem in ferientẽ tela retorquere. sermo enim,
» » qui linguæ telum est, sermone, linguæ scilicet al-
» » terius telo, retunditur: eoq; pacto animi concitata
» » pars sedatur, & mœrore confecta exhilaratur.
» » Quòd si cui res cum potentiore sit, ita ut nec cõtrà
» » loqui, nec refrire audeat, tum uerò profundiora
» » tacendo uulnera fiunt. nam sermonis alicuius æstu
» » concitati dolores, nisi spumam eiecerint, sua ipso-
» » rum mole magis ingrauescunt. His molestijs con-
flictata Leucippe, animum despondebat. inte-
rea Satyrum ad eam, an fugere uellet, sciscitatum
misi: quæ sermonem illius anteuertens, Per exter-
nos, inquit, atque indigenas deos, quæso, è matris
oculis ereptam me, quò uultis abducite: nam si me
relicta discesseritis, laqueo mihimet animam in-
tercludam. quæ cum mihi relata fuerunt, ma-
gna ex parte animi mei molestiam absterserunt.
Biduum itaque commorati, siquidem domo abe-
rat pater, quæ ad fugam opus erant, parauimus.
eius autem potionis, qua Cynops consopitus fue-
ras, reliquum Satyrus cum aßeruaßet, id, dum no
bis mi-

bis ministrat, postremo in poculo Pauthiæ clàm miscuit. quam ob rem illa mensa relicta suum se intra cubiculum contulit, statimq; dormitare cœpit. erat uirgini alia etiam cubicularia: cui cum potionis eiusdem Satyrus partem dedisset, (illã enim ex quo thalamo præfecta fuit, ad amare finxerat) ad ianitorẽ circiter horam tertiã uenit, eumq; medicamento eodem dormire compulit. interea curru instructo Clinia pro forib. præstolabatur, ac iam nos anteuertens conscenderat. posteaq̃ sopiti omnes iacuerũt, circiter primã noctis uigiliã summo cum silentio discessimus, Satyro Leucippen manu ducẽte: fortè enim eo die Conops, qui nos obseruare cõsueuerat, heræ causa domo abscesserat. aperta igitur à Satyro ianua, exiuimus: uehiculũq; numero sex. ego scilicet, Leucippe, Satyrus, Clinia, & famili Cliniæ duo, conscendimus, ac Sidonem cursum direximus. noctisq; parte altera exacta eam ad urbem, mox Berytum, nulla interiecta mora, peruenimus, nauem illic aliquam soluturam inuenire credentes. neq; nos opinio fefellit. nam simul ac Berytiorum portum intrauimus, nauẽ iam iam soluturam comperimus, in eamq; prius, quàm quò cursum teneret, sciscitaremur, nostra omnia contulimus, & paulò ante lucem ascendimus: ac tum demum Alexandriam Aegypti urbem celeberrimã petere illam cognouimus. ibi uerò ego ma

re tunc

re tunc primum aspiciens gaudio exultabam, non dum abrepta in altum, sed in portu adhuc quiescente naui. Postea uerò, quàm idoneus ad exeundum uentus flare uisus est, ingens in naui discurrentium nautarũ, attractorum rudentum, gubernatoris hortantis strepitus exortus: antenna obuersa, uelum factum, nauis in altum abrepta, sublatæ anchoræ, portus relictus est. terra à naui quasi ipsa nauigaret, recedere paulatim uidebatur. ibi tum plausus excitatus, multæq; deis seruatoribus, quo prospera nauigatione uti liceret, preces effusæ sunt. interea uenti uis augebatur, uelumq; implebat, ac nauim propellebat. fortè autem ea ipsa in naui prope nos iuuenis quidam sedebat: qui, quoniam cibi capiendi tempus uenerat, perhumanè nos, ut unà essemus, rogauit. Quam ob rem cum Satyrus quæ nobis parauerat, iam promere cœpisset, ea omnia in commune conferentes, prandio, colloquioq; nos mutuo participauimus. atque ego prior, Cuias tu, inquam, adolescens es, quod'ue tibi nomen est? tum ille, Aegyptius, inquit, sum, ac Menelao mihi nomẽ est. de uobis autem ecquid mihi respondetis? cui ego, Clitophon, inquam, uocor, hic autem Clinia, Phœnices ambo. si tu nauigationis tuæ causam nobis recensueris, nos nostræ contrà tibi aperiemus. tum Menelaus, Meæ, inquit, nauigationis summa est, amor ingratus, & uenatio infelix. formosi enim

adole-

adolescentuli amore ardebam. adolescentulus uenationi deditus erat: à qua tametsi eum plerunq; reuocabam, abducere tamen omnino nequibam. itaq; cum non obtemperaret, uenantem ipse quoq; sequebar. ac cum equestres ambo uenatum semel exiuissemus, quamdiu quidem minutas feras persecuti fuimus, res è sententia processit: sed cum tandem aper improuisò è sylua prodijsset, adolescens tantum abest ut obuiam prodeuntem extimuerit, ut in eum ultrò sese intulerit, me etiam reclamante, atq; ut equum sustineret, habenasq; adduceret, quoniam immanis bellua esset, admonente. aper in adolescētem magna ui cursum direxit, amboq;, alter in alterum impetum fecerunt. quod simul ac uidi, equidem cohorrui, ueritusq; ne bellua eum assequeretur, & equum prosterneret, iaculum, quod gerebam, minimè quò intenderē, præuidens, conieci: factumq; est, ut dum prætercurrit adolescens, ipse uulnus exceperit. quē uerò mihi animū fuisse tum putas? si modò animi quicquam mihi omnino relictum fuit, tale utiq; fuit, quale in uno aliquo animam efflante esse consueuit. quod autem omnium luctuosissimum fuit, manus mihi spirans adhuc porrigebat, amplexabaturq;: tantumq; abest ut, à quo interfectus fuerat, me sontem odio haberet, ut dexteram etiam uulneris auctorem tenens animam efflaret. hac me de causa in ius adolescen

tis

tis parentes uocarunt, sanè non inuitum: sistens enim non solũ excusatione aliqua usus non sum, sed etiam morte dignum ipse me censui. uerùm tamen misericordia commoti iudices annos treis exulare me iusserunt. quod tempus cum effluxerit, nunc in patriam reuertor. hæc dum Menelaus commemoraret à Patrocli casu non abhorrentia, Clinia Chariclis recordatus non potuit quin lachrymaretur. Quam ob rem Menelaus, Meáne, inquit, causa lachrymas istas profundis, an uerò similis te quoque casus aliquis exulare cogit? tum Clinia non sine multis suspirijs Chariclis & equi euentum narrauit: post quem meum ipse quoque pensum absolui: dein uerò cum Menelaum rerum suarum recordatione ualde tristem, Cliniam uerò ob Chariclis memoriam etiam lachrymantem uidissem, mœrorem amborum abstergere cupiens, sermonem amatoria uoluptate perfusum excitaui: aberat enim tum Leucippe in occultiore nauis parte somnum capiens. ac conuersus ad eos, subridens'que, Me quidem, inquam, Clinia plerunque uincit: & id nunc etiam (in mulieres enim, uti mos suus est, inuehi peroptat) eo facilius faciet, quòd amoris socium inuenit. Quid autem in causa sit, quam ob rem tam multi puerorum amoribus delectentur, ipse sanè non uideo. Tum Menelaus, Annon hic, inquit, muliebri longè præstantior est? mulieribus

lieribus enim simpliciores pueri sunt, eorumq; forma ad mouendos iucunditate sensus uehementior. At quo pacto, inquam ego, uehementior? an quia, simul atque apparuit, euanescit, nec amanti sui perfruendæ potestatem facit? sed Tantali poculo similis uidetur? sæpe enim etiam inter bibendum auolat, amans'que nihil, quod hauriat, amplius inueniens, abire cogitur. atque id etiã quod iam haustum est, prius eripitur, quàm qui bibit, exaturetur. quid, quod fieri nequit, à puero amans ut discedat, quin mœrore delibutam uoluptatem sentiat: utpote qui sitiens adhuc desetatur. tum Menelaus, At tu, inquit, nescis, ô Clitophon, quid in uoluptate summum sit. illud quidem certè optandum est semper, quod nullam satietatem habet. nam quæ ad fruendum nobis diuturniora sunt, ea delectationem satietatis fastidio tollunt. quæ uerò eripiuntur nonnunquam, recentia semper fiunt, & indies efflorescunt: eorum enim uoluptas nunquam senescit: sed quantũ ijs temporis breuitate demitur, tantum desiderij magnitudine accedit: proptereaq; plantis alijs rosa formosior iudicatur, quòd pulchritudo eius breui deflorescit. sanè uerò duas ego inter mortaleis pulchritudines uagari censeo, cœlestem alteram, alteram uulgarem: quæ quasi formæ largitrices deæ sunt. cœlestis mortali formæ adiungi molestè fert,

fert, eoq; ad cœlum quamprimum euolare nititur: uulgaris humi serpit, corporibusq; adhæret. quòd si pulchritudinis ad cœlum uolantis testem poetã adhibere oporteat, Homeri uersus hosce audi:

Incensi forma quem dij rapuere, Tonanti
Pocula ut ambrosio misceret plena liquore:
Exigeretq; suum dijs cum immortalibus æuum.

nulla uerò mulier pulchritudinis gratia in cœlum unquam ascendit, quamuis cum mulieribus consueuerit Iupiter: sed Alcmena in luctum incidit, ac fugere coacta est: Danaen arca & mare suscepit: Semelen ignis absumpsit: cum autem Phrygij adolescentis amore captus esset, in cœlum eum sustulit, quò & unà secum habitaret, & nectar misceret, priore administratore, mulierem enim fuisse puto, abdicato. Tum ego sermone arrepto, Atqui cœleste, inquam, mulierum genus mihi esse uidetur, ea potißimum ratione, quòd earum forma non admodum citò interit: propè enim ad diuinitatem accedit, quod ab interitu longè abest. contrà, non cœleste, sed terrenum uocari debet quicquid interitui proximum est, dum mortalem imitatur naturam. Phyrgium quidem adolescentem dilexit Iupiter, atque in cœlum sustulit: sed idem etiam de cœlo à muliebri forma detractus est. saneq; mulieris causa in taurum quondam se commutauit. eadem de re satyri formam induit, atque in aurum se con-

se conuertit. misceat sanè dijs uinum Ganymedes, dum cum ijs Iuno quoq; accumbat, quò etiam mulier adolescentē habeat administratorem. me uerò raptus quoq; illius miseret: crudiuora enim auis eum rapuit: cõtumeliaq; affecit non admodum ab ea diuersa, quam tyrannide oppreßi perpetiuntur: cum alioqui aspectu etiam fœdum sit adolescentē ex unguibus pendentem spectare. Semelen non crudiuora uolucris, sed flamma in cœlum sustulit. nec uerò mirum tibi uideatur, aliquos ab igne sublatos in cœlum ascendisse: neq; enim Hercules alio pacto ascendit. quòd si Danaes arcam rides, cur Persei mentionem non facis? Alcmenæ illud unum munus satis fuit, Iouē tres integros eius causa dies mundo eripuisse. ac si fabulis omissis ueræ uoluptatis, quæ muliebri ex usu percipitur, mentionem facere opus est, ego mulieres primum modò expertus, quantum quidem cum ijs quæ preco prostant, licuit (fortè enim experientior aliquis plura dicere queat) ego, inquam, tametsi huius rei modicus mihi usus adsit, dicam tamen, corpus amplexatu tenerum, labra basiatu mollia esse. atque hac de causa mulier cùm ulnas, tum carnem ad id omnino aptè conformata sortita est. sanè qui ad mulierem sese applicat, is uerè uoluptatem amplectitur, labrisque oscula tanquam qui signa in epistolis apponit, imprimit. illa uerò ar-

rò artificiose osculatur, maioreq; condita suauitate basia præbet: non solum enim labris suauiari sat habet, sed etiam dentibus confligit, et circum basiantis ora depascitur, ac basia ipsa mandit. iam uerò etiam in mammarum attrectatu non aspernanda quædam inest iucunditas. in ipso autem uenerei complexus calore uoluptate, quasi œstro, concitata, & basians mordet, & insanit. tum linguæ mutuò concurrunt, ac se ipsas, quoad eius fieri potest, osculari nituntur. tu uerò basia in apertũ proferens uoluptatem reddis maiorem. sub ipsum congressus finem dulcedinis ardore quodam uicta mulier anhelare consueuit, anhelitus autem huiusmodi amatorio spiritu comitatus ad summa labra peruenit, errantiq; osculo, & ad imas pectoris parteis descendere quærenti obuiam fit. tunc basium ipso cum anhelitu regreditur, amboq; in unum coeuntes cor pulsant: quod basio conturbatum salit: ac, nisi uisceribus nexum hæreret, sequeretur utique, & cum basijs ascenderet. Puerorum oscula rudia sunt, complexus indocti, uenus languida, omniq; prorsus iucunditate destituta. Tum Menelaus: Tu quidem certè, inquit, non Venerem nunc primum attigisse, uerùm in ea consenuisse mihi uideris, ita multas nobis mulierum curiositates enumerasti. Sed uicißim tu quoq; audi, quæ'nam è puerorum amoribus uoluptas percipiatur. In muliere

cum

cùm uerba, tum reliqua omnia fucis plena sunt: ac si qua formosa uideatur, ea est operosa pigmentorum moles: cuius forma omnis alia nulla ex re, q̃ aut unguentis, aut tinctis capillis, aut basiationibus constat: è quibus fucum si detraxeris, næ gracculo pennis, ut habetur in fabulis, denudato similem iudicabis. puerorum autem forma non pigmentorum fucis illinitur, non adulterinis aut externis perfricatur odoribus. omnibus autem mulierum omniũ unguentis è puerorum sudore afflatus odor antecellit. iam uerò etiam ante ueneroos congressus palæstra cum ijs decertare, palamq́; ac sine rubore amplecti licet: neque ulla est carnis teneritas quæ complexuum tactioni cedat: sed corpora sibi mutuò resistunt, ac de uoluptate cõtendunt. basia quoque muliebrem illam diligentiam minimè sapiunt, nec stulto errore labris illito decipiunt. Puer quem admodum quidem nouit, suauia dat, iam non ab arte aliqua, sed à natura ipsa proficiscentia. sancq́; basij puerilis imago eiusmodi est, ut si quis concretum atq; in labra commutatũ nectar oscularetur. ex quo fieri modo ullo nequit, ut aliqua basiandi tibi satietas oriatur: quinimmo quo plus hauriαs, hoc uehementiore siti labores: neq; os inde abstrahere poßis, donec præ uoluptate basia ipse refugias.

Liber tertius.



Ertio die cũ sereniſsimo cœlo nauis cursum teneret, obortæ improuiſò tenebræ omnia obſcurauerunt: uentusq; ab imo mari naui aduerſus exortus eſt. quã obrẽ gubernator antennã obuerti iuſsit. itaq; nautæ cõſeſtim fecerũt collecto per uim ab altera tantũ parte uelo: nã cũ uehemẽtius flaret uentus, impedimẽtoq; eſset quo minus ab altera cõtrahi poſſet, illud eo ſtatu, quo prius fuerat, relinquere coacti ſunt ex quo accidit, ut maior ea obuerſione uẽtus ingrueret. iã nauis pars altera deprimebatur, altera eleuabat, ita ut præceps omnino ageretur, et noſtrûm pleriq; mutandũ locũ penitus cenſerent. increbreſcẽte itaq; uẽto ad altiorẽ omnes nauis partẽ aſcẽdimus, ſimul ut demerſam aliã alleuaremus, ſimul ut æqualiter diſtributo onere tota æqualis ferrei: ſed hoc fruſtra fuit. tantum enim abfuit, ut nauis à nobis fundus deprimeretur, ut ab eo ipſi magis etiã attolleremur. nos quidẽ fluctuãtem nauim æqlibrẽ aliquandiu tenere conati fuimus, uerùm in alterã eius partem mutatus improuiſò uentus incubuit: parumq; abfuit, quin eam demergeret, depreſſam ſcilicet antea partem magno impetu ſuſtollendo, & ſublatam deprimendo. quocirca ingens in naui luctus obortus eſt, omnesq; priorem ad locum, non

non sine cursu & clamore redire cogebamur: ac deinceps tertio, & quarto, ac sæpius etiam eundem casum experti, eodem cum naui errore duce bamur: prius enim quàm primum cursum cōfecisse mus, nos secundus excipiebat. comportantes igitur totum diem sarcinas, idem curriculum millies, quasi duplex uno cursu stadium curreremus, confecimus, mortem semper expectantes: quæ sanè, uti credi par est, non longè aberat. nam post meridiem sol nobis omnino ereptus fuit: neque alter alterum cernebamus, nisi ut fit luna lucente. flamma inter nubes coruscabat, cœlum tonitru mugiebat, aer strepitu implebatur. surgentes ab imo, ac mutuò sese collidentes fluctus adstrepebant, inter cœlum & mare diuersorum uentorum murmura resonabant, aerq; tubæ instar clangorem fundebat: attriti ac disrupti à uelo funes decidebant. illud etiam timebatur, ne comminutis tabulis, & conuulsis clauis, nauis solueretur. iam uerò tecta eius omnia undis, quæ innumeræ influebant, operiebantur: quam ob rem ea ipsa subeuntes tanquam in spelunca aliqua morabamur, fortunæ arbitrio, nulla salutis retenta spe, nosmet dedentes. crebri autem cùm à prora, tum à puppi surgentes fluctus inter se concurrebant. assurgente fluctu nauis attollebatur, præterlabente uerò & subsidente deprimebatur. è fluctibus alij mon

tibus, alij uoraginibus similes erant: sed ij molestiores, qui ab utraq; sponda obliqui surgebant. nauis enim tecta subiens aqua conuoluebatur, totãq; obruebat. porrò aqua in sublime acta, nubesq; penè contingens, dum quidem ante prorã procul cernebatur, miræ cuiusdam magnitudinis esse uidebatur: at si tu propius factam spectauisses, nauim absorpturã fuisse iudicasses. uẽti cum fluctib. pugnabant. nos ob nauis iactationẽ nullibi consistere quibamus. cõfusæ erant omniũ uoces. murmurabat unda, perstrepebat uentus, mulierũ eiulatus, uirorũ clamor, nautarũ hortatio eodem tempore audiebãtur: luctuq; ac gemitu plena erant omnia. tum gubernator deijci onera iußit. nec ullum inter aurũ, argentum'ue, ac uilia quæq; discrimen fiebat: sed omnia æquè in mare deturbabantur, ijs ipsis etiam mercatoribus merces omneis suas, in quibus spem posuerant, deijcientibus. iam nauis penitus exhausta erat: nec tamen tempestas commutabatur. tandem fessus gubernator temone abiecto, maris arbitrio nauem permisit, scaphamq; instruxit, ac nautis descendere iußis, prior ipse, deinde illi uestigia eius statim secuti desilierunt. ibi tum maius ortum est malũ, manibusq; pugnari cœptũ: nautæ enim iã funem, quo scapha naui alligabatur, præcidebant: uectores aũt gubernatorẽ funẽ trahentẽ cernentes omnẽ, ut & ipsi desilirent, operã dabant. illi contrà

trà minimè pati, sed cum secures, gladiosq; habe rent, intentatis plagis quencunq; ingredi uolētem perterrere: hi, ut cuiq; sors obtulerat, alius uetusti remi partē, alius nauis tabulā aliquā arripientes repugnare. pro lege enim ui mare utebatur, naualisq; pugnæ modus non antea uisus illic apparuit. nam qui in scapha erant, ueriti ne ob descendentium multitudinem mergerentur, securib. & gladijs feriebant: ij aūt sudibus ac remis inter desiliēdum plagas referebant. alij uix scaplæ summū attingentes corruebant. nonnulli etiam ingreßi, cum ijs qui prius descenderāt, luctabātur: pudoris enim atq; amicitiæ lex omnis sublata fuerat, ac suæ quisque saluti intentus alienam contemnebat. ITA " periculorum magnitudo uel anicitiæ leges soluit. " interea uectorum unus, iuuenis, robustus arrepto fune scapham prope nauim pene pertraxerat, paratiq; alij omnes expectabant, ut in eam simul ac appropinquasset, transilirent: ac duobus tantum tribúsue cecidit, ut optato, non tamen sine sanguine, perfruerentur: nam multi alij hoc idem conati, in mare deturbati fuerunt: nautæ enim præciso statim securibus fune scapham soluerunt, ac quò uentus uoluit, abire permiserunt, uectoribus eam mergere conantibus. nauis autem ipsa undis iactata in gyrum agebatur, ac tandem ad aquis contectum saxum imprudenter delata, illisa, solutaq;

tota est: malóque alteram in partem collabente partim quidem fracta, partim uerò submersa. sanè quotquot epota maris aqua confestim obierunt, cum iis, ut tunc res erat, mitius actum fuit, ut qui in mortis metu non admodum diu immorati sint. PROCRASTINANS enim in mari mors prius interimit quàm sentiatur. nam oculi maris immensitate pleni metum afferunt nullis terminis circumscriptum: eóque miserior est mors. quanta enim maris est amplitudo, tantus etiam mortis est pauor. quidam enatare conati, ab unda saxo allisi perierunt. multi disiectas nauis tabulas nacti piscium more nabant. nonnulli semimortui ferebantur. fracta eo pacto naui, proræ partem bonus quidam genius nobis conseruauit; in qua sedentes ego, & Leucippe, secundum maris æstum uehebamur. Menelaus, & Satyrus, aliiq; uectores cum in malum incidissent, eo apprehenso natabant. Cliniam uerò circum antennam nantem non procul aspeximus, atque audiuimus etiam: me enim, ut ligno hærerem, adhortabatur: intereáque superueniens à tergo fluctus loquentem, quæ sanè res lachrymas nobis excussit, primùm adobruit: deinde nobis etiam incubuit: sed fato quodam propior factus infra nos præterlapsus est ita, ut lignum tantummodo altè sublatum in ipso fluctus summo, & Cliniam rursum uideremus. multis

itaq;

itaq; cum lachrymis ego, Here, inquã, Neptune miserere, ac naufragij reliquijs parce: unus ipse metus multas nobis mortes attulit. aut si tibi omnino in animo est ut pereamus, ne nostrã mortẽ diuide: sed idem fac ut nos fluctus absorbeat. sin uerò fata etiam uolunt, ut belluarum esca simus, unus tantũ nos piscis deglutiat: unà tantũ nos aluus hauriat: ut eodem à piscibus etiam uorati sepulchro condamur. paulo pòst, quàm has preces effudi, uenti uis undiq; sedata est, fluctusq; subsiderunt, & cadaueribus plenum mare apparuit. Menelaum ad Aegypti quae uocant paralia fluctus reiecit: eam autem regionem omnem latrones incolebant. nos circiter uesperam casu quodam Pelusium applicuimus: peroptatamq; in terram egreßi gratias dijs egimus: Cliniam deinde, ac Satyrum, quos obijsse putabamus, defleuimus. Pelusij statua est Iouis Caßij, iuuenili ætate, atque adeò ut Apollini quàm simillima sit, dextera manu, qua punicum malum sustinebat, extensa: cuius rei significatio minimè uulgata est. huic Deo supplicaturi, ac de Clinia, Satyro'que (futura enim prædicere illum aiunt) percunctaturi templum circuibamus: duas'que in eius interiore parte tabulas Euanthæ pictoris, cuius illic etiam imago depicta fuerat, uidimus. in quarum altera Andromeda, in altera Prometheus uincu-

lis constricti cernebantur. atque ambos ea de causa pictorem coniunxisse puto, tametsi alia etiam inter se communia haberent. Saxa enim utrique pro carcere erant. feræ utrique, aeria huic, marina illi, tanquam carnifices, imminebant. Argiui etiam utrique ex eadem gente auxiliatores aderant, Hercules scillcet, atque Perseus: quorum alter Iouis uolucrem aquilam in terra stans sagittis appetebat: alter Neptuni belluam cete pennis in aere sustentatus adoriebatur. Sanè pro puellæ magnitudine saxum excauatum erat ita, ut non arte aliqua fabrefactum, sed sponte natum cauum pictura testari uideretur: illud enim asperum, quo modo quidem terra producere solet, pictor effinxerat. in illo sedebat puella eo aspectu, ut si pulchritudinem tantum cōsiderare uoluisses, admiratione dignam imaginem: sin uerò uincula etiam, & cete, rude & inconditum sepulchrum spectandum tibi propositum existimaturus fueris. in uultu pulchritudini pallor admistus erat, hic genas occupans, illa ex oculis affulgens: non tamen eousque genæ pallebant, ut suus eis rubor deesset: nec oculorum fulgor adeò coruscabat, quin languore quodā, qualem in uiolis paulo antè succisis conspicimus, dehonestaretur, ita pulchro timore pictor puellam decorauerat. manus extentæ, ac altè saxo alligatæ nō aliter è brachijs,

chijs, quàm racemi è uite, pendebant. brachiorum autem ipsorum candor ad liuorem uergebat, et digiti mori uidebantur. hæc erat mortem expectantis puellæ facies. atqui sponsarum etiam more, quasiq; Plutoni nuptum traderetur, stolam induerat, necnon talarem tunicam, albam quidem illam, atque araneolæ reti subtilitate parem, contextámque, non quo modo ouium uellera, sed uolucrum plumæ, quales Indæ ab arboribus mulieres depectunt, consueuerunt. aduersus puellam cetus ab imo mari emergens undas capite, quo uno extabat, findebat: nam corporis maior pars aqua contegebatur, non tamen adeò, quin humerorum umbra, squamarum ordines, dorsi curuatura, spinarum summitas, caudæ flexiones prospicerentur. sanna ingenti, & profundo hiatu ad humeros usque patebat, statim'que à uentre excipiebatur. inter cetum ac puellam Perseus è cœlo deuolans in belluam ferebatur nudo corpore, nisi quòd chlamyde humeros cooperuerat, & calceos alis similes pedibus aptauerat, pileumq; Ditis galeam imitantem capiti imposuerat. læua manu Gorgonis caput sustinebat, et pro scuto proijciebat, horribili sanè aspectu: nam & toruè intueri, & comã concutere, & serpenteis uibrare, ac minitari etiam è pictura uidebatur. dextera ferro eiusmodi armata erat, ut & falx et gladius simul esset.

esset. à capulo enim ad medium usque gladij formam referebat: inde duas in partes sectum altera in mucronem protendebatur, itaque in gladium, sicut initio esse cœperat, desinebat: altera in uncum flectebatur, atque in falcem euadebat, eodem ut ictu & uulneraret, & attraheret. atq; ita quidem Andromedæ se res habebant. sequebatur altera deinceps pictura huiusmodi. Prometheus ferreis catenis saxo adalligatus erat. Hercules arcum & sagittam tenebat. aquila Promethei pectus depascebatur: quippe in aperiendo illo iam aperto perstabat, rostrum'que in uulnus demittebat, infodere'que, ac iecur quærere uidebatur: cuius pars tanta sese ostendebat, quantam pictor per uulnus patêre uoluerat. alteri Promethei coxæ aquila summis unguibus innitebatur: quapropter ille in mœrore totus erat, & latus retrahens, eam ipsam coxam in suam ipsius perniciem eleuabat: ita enim uolucrem iecori propiorem faciebat. Altera coxa contentos neruos ad imos usque pedes commonstrabat, in digitos'que acuebatur. Quin alio etiam habitu dolorem indicabat: curuabat enim supercilia, labra contrahebat, exerebat dentes. ipse sanè picturam quasi doloris sensum habentem miseratus fuisses. ijs malis onerato Prometheo suppetias ferebat Hercules, impositam arcui sagittam

tam in eius tortorem intendens: quippe arcum sinistra manus extenta impellebat, dextrà uerò neruo unà adducto mammæ admouebatur, cubito interim post se curuato. eodem'que omnia hæc tempore fiebant. arcus cornua neruo adducebantur, neruus manu flectebatur, manus mammæ adhærebat. Prometheus ipse spe metu'que plenus erat, ac partim quidem uulnus, partim uerò Herculem intuebatur: quem sanè totis oculis contemplari uolebat. sed obtutus partem alteram dolor ad se rapiebat. Cæterùm cum duos illic dies commorati, ac ex malis recreati essemus, Aegyptia naui conducta (nonnihil enim auri nobis fortè superfuerat) Alexandriam uersus Nilo amne cursum dreximus, hoc consilio, ætatem ut illic degeremus, fieri etiam posse putantes, ut eo fortè delatos amicos inueniremus. cum autem ad opmidum quoddam peruenissemus, ingens nobis clamor subitò auditus est. ac nauta exclamans, Ecce pastor, nauem tanquam retrò cessurus conuertit, statimq; ripa feris atque agrestibus uiris completa est. magna ij omnes statura erant, colore non quidem, ut Indi, summè, sed ut non ueri Aethiopes, remisse nigro, capitibus apertis, paruis pedibus, corpore crasso, ac barbaro sermone. itaq; gubernator perijsse nos omnes affirmans nauem sistit: angustißimus enim
illic

illic fluuius erat. & latrones quatuor nauim conscendentes quidquid in ea inerat, unà cum pecunia nostra abstulerunt, nobisq; uinctis atq; in custodiam datis abierunt, ut postridie ad regem (ita enim latronum principem appellant) ducerent. aberat autem ille duorum dierum itinere, uti de illis, qui nobiscum capti fuerant, accepimus. interea cum nox aduentasset, nósque, ut eramus, uincti iaceremus, ac custodes dormitarent, ego, quo modo mihi sanè tum licuit, Leucippes calamitatem lugere cœpi: & quòd eam in mala coniecissem, tacitus mecum reputans, animóque uehementer ingemiscens. Nec enim eiulatus in apertum proferre audebam: ô dij s dæmonésque, inquam, sicubi estis, & auditis, tantum' ne deliquimus, ut tam breui tot malis obrui meruerimus? Atqui nos latronibus Aegyptijs etiam tradidistis, quo misericordiam impetrare nequeamus. Græcum Hercules latronem & uox commouißet, & ad misericordiam
» *preces allexissent.* ORATIO *enim sæ-*
» *pe ad lenitatem reuocat, & lingua pro a-*
» *nimi ægritudine deprecatrix iratas audientium*
» *mentes flectit. nos uerò quánam uoce precabimur? quódnam iusiurandum dabimus? ut enim Seirenum cantu dulciorem ad persuadendum orationem quis adhibeat, non tamen à parricidis intelli*

getur. nutu tantum rogare, ac manuum gestu precari me oportebit. ô calamitatem. luctum ego iam saltando exprimam. sed infortunia mea quanquã opinione omnium maiora sunt, minus tamen certè doleo. Tua uerò Leucippe quo ore conquerar? quibus oculis lachrymabor? ô constantem in amoris fide conseruanda, ò benignam erga infelicem amantem Leucippen. en magnificos nuptiarum tuarum apparatus, carcerem scilicet pro cubiculo, pro puluinis terram, pro monilibus atque armillis funes & laqueos. atqui etiam deductoris loco latro tibi aßidet, Hymenæique uicem lamentationes implent. nos quidem ò mare frustra tibi gratias egimus. Benignitatem ego tuam non possum non reprehendere, utpote quòd mitius in eos fueris quos perdidisti: nam dum nos seruasti, crudelius occidisti, omnemq; mortem, quæ non à latronibus afferretur, nobis inuidisti. hoc sanè pacto mecum tacitus lamentabatur: uerùm lachrymas, quod in ingentibus malis maximè proprium est, profundere nequibã. ENIMVERO medio- "
crib. in malis lachrymæ abũde manant, ac precan- "
di munere pro ijs qui in calamitate degunt, apud "
infortunij auctores funguntur, doloremq; minuũt, "
ut ulcerũ tumores cum disrumpuntur, in exuperã- "
tibus autem refugiunt, oculosq; deserunt: mœror "
enim exire parantibus obuiam factus earum uim "

re-

„ retardat, & una secum ad imas pectoris partes rā„ pit. quam ob rē de oculorum uia deflectentes ani„ mum pulsant, illiusq; angorem mirum in modū augent. deinde ad Leucippen iam prorsus obmutescentem conuersus, Qua de causa, inquā, Leucippe suauißima taces? nec quicquam mihi dicis? tum illa, Quia uox me, inquit, ô Clitiphon prius, quàm spiritus deficit. Hæc dum loqueremur, dies nobis haud aduertentibus illuxit: ac tum nescio quis inculta & promissa coma introgressus est equo aduectus maximè iubato, nudoq;, nullis nec stratis, nec phaleris. eiusmodi enim latronum sunt equi. erat is à latronum principe missus, & si qua inter captuos, inquit, uirgo adest, eam abducere me oportet, Dei uictimam ad exercitum expiandum futuram. Tum custodes oculos in Leucippen statim coniecerunt. illa uerò me complexa, & mihi adhærens lamentari ac eiulare cœpit. è latronibus alij eam abstrahebant, alij me cædebant. tandem sublimem raptam asportauerunt, uinctos nos interim per ocium secum ducentes. postea quàm stadia duo à pago processimus, ingens nobis clamor tubæ sono permixtus exaudiri cœpit, deinde militum etiam grauis armaturæ manus in conspectum se dedit: quam simulatque latrones uiderunt, nobis in eorum medio conclusis, ad resistendum parati subsiste-

ſtiterunt: atque haud ita multo pòſt uiri quinquaginta armis tecti omnes, quorum alij longis ad pedes uſque, alij breuioribus ſcutis utebantur, proceſſerunt. Latrones, quorum numerus maior erat, ſublatas glebas in eos proijciebant. Aegyptia porrò gleba telo quouis pernicioſior eſt: duritia enim & pondere atque aſperitate longè antecellit: atque aſperitatem prominentes hinc inde cuſpides gignunt. ea de re fit, ut coniecta bifariam lædat: tumorem enim ceu lapis, & uulnus ceu iaculum, efficit. uerùm milites glebas ſcutis excipientes iaculatores nihili faciebant. poſteaquam hi conijciendo defatigati fuerunt, illi agmen aperuerunt: & qui leuiter armati erant, ſtatim procurrerunt: quorum ſinguli miſſile ac gladium geſtabant. ij primùm iaculati omnes ſunt, neq; uanus cuiuſquam ictus fuit. deinde grauis armatura ſeſe effudit. pugnatum eſt confertim, plagæq; ac cædes & uulnera ultro citroq; illata. quod militum numero deerat, uſus explebat. nos quotquot captiui eramus, latronum aciem inclinare uidentes, facto ſimul agmine, eorumq; ordinibus perruptis ad hoſtes tranſiuimus: qui uti ſe res haberet, ignari nos primò interficere uoluerunt: ſed cum poſtea nudos ac uinctos aſpexiſſent, cognita ueritate, intra ordines ſuſceptos poſt extremum agmen,

ut illic quiescceremus, collocauerunt: interea super uenerunt equites, acieq; utrinque effusa latrones circuire, in angustumq; coactos trucidare cœperunt: ex quibus alij mortui procubuerunt, nonnulli semimortui adhuc pugnabant, reliqui in militum potestatem uiui deuenerunt. Cæterùm inclinata iam die militum eorum ductor, cui Charmidi nomen fuerat, unumquenq; nostrûm singillatim et qui essemus, & quo pacto in prædonum manus incideramus, interrogauit: cui quidem alij alia, ego uerò quæ mihi euenerant, cõmemoraui. atq; ille, ubi omnia edidicit, se ut sequeremur, iußit, arma'que nobis præbere pollicitus est: decreuerat enim, cumprimum copiæ, quas expectabat, aduentassent, magnum latronum, qui ad decem millia esse ferebantur, receptaculum aggredi. ac tum ego equum dari mihi poposci: eo enim studio ualde gaudebam: qui simul atque adductus fuit, illum circum agens pugnantium ordinatim equitum exemplum edidi, ita ut me Charmides magnopere commendaret. itaque die illo suis è conuiuis unum esse me uoluit: atque à cœna, casus meos ut enarrarem, postulauit: quæ dum audiret, misericordia mouebatur. FERE enim fit, ut qui aliena mala audit, unà quodam modo patiatur. beneuolentiam autem misericordia sæpenumero gignit: animus enim eorum quos audit,

mœro-

mœrore delenitus, & malorum auditione in eun- "
dem fere sensum pertractus, tristiciam in mise- "
ricordiam, misericordia uerò in beneuolentiam "
commutat. Ego uerò narrando Charmidem "
eousque commoui, ut lachrymas tenere nequiuerit: nam quod amplius facerem, nihil erat, cum Leucippe in latronum potestate remansisset. Atqui Aegyptium etiam seruum mei curam habere iussit. Postridie ad prodeundum se comparauit, & fossam quae impedimento erat, complere aggressus est: magnum etenim latronum numerum in armis esse trans fossam illam cernebamus: ij aram quandam è luto, iuxtáque sepulchrum ex tempore construxerant. ac uiri duo puellam manibus post tergum reuinctis eò adduxerunt. quos uiros propterea quòd armis tecti erant, haudquaquam cognoui: sed puella Leucippe erat. ij ergo tum capiti eius libamina infundentes, circum aram in orbem illam duxerunt, sacerdote quodam Aegyptium, uti uerisimile est, carmen ei accinente. Oris etenim figura & uultus distortio canere illum subindicabat. deinceps dato signo, ab ara omnes procul recessere. Tum adolescens alter ex ijs qui adduxerant eam reclinans paxillis terrae infixis supinam alligauit, quo maximè modo figuli Marsyam arbori alligatum effingunt, gladiumque

iuxta cor infixum ad ima uentris uſque traxit, ſic ut uiſcera omnia ſtatim exiluerint: quæ illi manibus corripientes aræ impoſuerunt, coctaʹque diſſecuerunt, ac inter ſe partiti omnes deuorarunt. Hæc milites, ductorʹque cernentes, non potuerunt, quin ad eorum unum quodque factum exclamarent, multosq; auerterent. ipſe autem ea ſine ulla prorſus mente, ac ſine ullo ſenſu, ſtupore ſcilicet oppreſſus ſpectabam: mali enim modum exuperantis magnitudo à mentis ſenſu me abſtraxerat. ac fortè quæ de Niobe fabulis traduntur, falſa minimè fuerunt: ſed huiuſmodi quiddam illa quoque ob natorum cædem in ſe experta fabulæ locum fecit, exiſtimantibus alijs eam, propterea quòd immota cõſtitiſſet, in lapidem conuerſam. poſtea quàm ea res finem, ſicuti mihi uidebatur, ſortita eſt, latrones cadauere in ſepulchro condito, probequé contecto aram demoliti ſunt, ac nunquam reſpicientes, ita enim fieri debere ſacerdos præceperat, diſceſſerunt. Sub ueſperam foſſa omnis repleta fuit, militesʹque prætergreſſi paulò ſupra foſſam caſtra poſuerunt, deinde cibum cæperunt. & Charmides ægro me animo eſſe cernens, conſolationem mihi adhibere conabatur: uerùm ego circiter primam noctis uigiliam dormienteis omnes tandem conſpicatus ad tumulum, ut memetipſum ſuper

eo immolarem, accepto gladio perrexi: ac sepulchro propior factus eo educto, ò misera, inquam, Leucippe, mortalium'que omnium infelicissima, ego quidem certè non mortem istam tuam, non quòd procul à domo tua, non quòd uiolenta morte obieris, non quòd tam saeui de te ludi facti sint, fleo: sed illud miserrimum omnium me facit, quòd impurissimorum latronum expiatio fueris, quòd ij te uiuam (me miserum) gladijs'que mucronem in te defigi uidentem dissecuerint, quòd occultiores uteri tui partes diuiserint, quòd execrabilem aram, ac tumulum in sepulchrum tibi erexerint. Atque hic quidem corpus tuum iacet, uiscera uerò quem locum obtinent? si ea igni consumpta fuissem, leuior utique calamitas haec existimari deberet: sed cum eorum sepulchrum latronum ingluuies facta sit, quae malo huic infelicitas comparari potest? ô diras altaris faces. ô ciborum inauditum genus. & dij sacrificia huiusmodi è coelo spectarunt, & ignis extinctus non est, sed foedatus ascendit, nidorem'que dijs attulit. tu uerò Leucippe te dignas à me inferias cape. Haec cum dixissem, gladium'que, ut in iugulum mihimet ipse demitterem, sustulissem, duos quosdam ex aduersum mihi, luna enim splendebat, ad me quàm ocyssimè currentes

tes prospexi. Continui me igitur, latrones illos esse ratus, ut ab ijs interficerer. interea propiores ambo facti sunt, & magna uoce inclamarunt. Erant ij Satyrus, & Menelaus. ego tametsi mihi amicos homines uiuos insperato uiderem, tamen tantum abfuit ut illos amplexarer, ut nullam etiam ex eorum aspectu uoluptatem caperem, ita me de statu mentis deiecerat acerbitas infortuniorum. Illi dextera manu mihi apprehensa gladium eripere tentauerunt. Verùm ego, Ne per Deos, inquam, præclaram hanc mihi mortem, aut malorum potius medelam inuideatis: neque enim Leucippe hoc pacto amissa, & si nunc me maximè cogatis, uiuere amplius queam. Gladium certè hunc ipsi è manibus meis euelletis: sed mœroris aculeus intus ad uiuum desedit, ac nonnihil iam penetrauit. Immortali'ne uulneratione uos mori me uultis? Tum Menelaus, Si nullam, inquit, aliam ob causam mortem tibi consciscere uis, gladium Hercules abijcere potes: nam Leucippe uiua nunc nunc tibi aderit. Ipse autem coniectis in eum oculis, Atqui tu quoque, inquam, tantis conflictatum malis irrides? Ah saltem hospitalis tibi Iouis in mentem ueniat. Tum ille impulso tumulo, Agedum tu, inquit, Leucippe

pe an uiuas, testare: quandoquidem nullam Clitophon mihi fidem habet. Vix autem loqui desierat, cum urnam bis, térue percußit, exilis'que admodum ab ea proueniens uox mihi audita est. Itaque subito tremore occupatus, oculos in Menelaum conieci, magicæ artis peritum eum ratus. Ille urnam detexit, ac statim Leucippe quàm terribili sanè, horrendo'que aspectu: (à summo enim ad imum dissectus, ac uisceribus uacuus ei uenter erat) prodijt, sese'que in me reijciens, me complexa est, & ego illam contrà: itaque ambo concidimus. Vix autem me ipse collegeram, cum ad Menelaum conuersus, Quid causæ, inquam, est, quam ob rem mihi, quo modo hæc se habeant, non expedis? Nónne quam uideo, quam teneo, quam loquentem audio, Leucippe est? Cuiusmodi ergo fuerunt, quæ hesterna die prospexi? Sanè aut illud, aut hoc somnium est: sed osculum & uerum est, & uiuum, &, quale à Leucippe olim dabatur, suaue. Tum ille, Atqui uiscera quoque, inquit, iamiam recuperabit, pectoris'que uulnus coalescet, omni prorsus euanescente cicatrice. Tu faciem uela: Proserpinam enim ad id inuoco. Itaque fidem homini habens, feci. Ille autem inaudita quædam

facere & loqui cœpit: atque inter loquendum, quæ Leucippes uentri ad fallendos latrones adaptauerant, detraxit, priorem'que illi formam reddidit, deinde respicere me iussit. tum ego, uix quidem, ac sanè magno cum timore: Proserpinam enim uerè adesse putabam: faciem reuelaui. Leucippen'que inuulneratam uidi: eóque maiorem etiam in modum admiratus, si Dei alicuius Menelae charißime, inquam, administer es, ubinam, rogo te, gentium sumus? quid sibi hæc uolunt quæ cerno? Leucippe quoque, Hominem, inquit, Menelae frustrari amplius noli: sed quo pacto latronibus imposueris, iam tandem expone. Tum Menelaus, Aegyptium, inquit, me Clitophon esse non ignoras: id quod ex me non antea, in naui cum essemus, audiuisti. Prædiorum meorum pars maior prope urbem hanc est: cuius cum præfectis nonnullus mihi usus intercedit. Cum igitur naufragium fecissemus, ad Aegypti litora me tandem fluctus eiecit. qui latrones ei urbi præsidio fuerant, me cum Satyro cæperunt. perductum autem ad eorum ducem nonnulli ex eis mei cognitores uinculis detractis soluerunt, & bono animo esse, sibique, uti amicum, in eorum rebus agendis auxilium ferre

re iusserunt. tunc ego Satyrum quasi meum reddi mihi poposci. at illi, Strenuũ, inquiunt, nobis te primum ostende. interea responsum ijs ab oraculo redditum fuit, ut uirginem immolarent, & suum ipsorũ receptaculum expiarent, immolatæque iocinore degustato, ac reliquo corpore humato recederent: ut sacrificij genus hostium aduentum retardaret. quæ reliqua sunt, tu Satyre commemorato. ac tum Satyrus, Cum ad exercitum captiuus, inquit, ductus, & de Leucippes infortunio certior factus essem, uicem illius dolens, ô here flebam, Menelaumq; ut eam omnino seruaret, obtestabar. qua in re propitius nescio quis Deus nobis auxilio fuit: pridie enim, quàm sacrificium fieret, in littore mœroris pleni, atq; ijs de rebus solliciti consederamus. la r nes autem aliquot nauem locorum inscitia errantem conspicati in eam impetum fecerunt. qui in ea erant, cognitis latronibus, retrocedere tentauerunt: sed cum pòst abeundi facultatem ab ijs iam sibi præreptam intelligerent, ad resistendum sese conuerterunt. ea porrò naui unus quidam ex ijs qui Homeri poemata in theatris recitant, uehebatur. is cũ se, tum eos quos secum ducebat eo habitu quo in edendis Homeri poematis uti consueuerat, adornans pugnandi initium fecit, primisq; craßatoribus perquam strenuè restitit. Sed cum plures alij latronum myoparones

rones superuenißent, & nauis demersa est & egreßi ex ea uiri interempti: tum uerò cistam quandam inscijs illis elapsam unà cum fractæ nauis parte fluctus ad nos detulerunt. eam Menelaus sustulit, ac nescio quò secedens, me præsente, qui non uulgare aliquid in ea contineri putabam, aperuit: chlamydémque ac cultrum, cuius manubrium palmos quatuor, ferrum uerò digitos non amplius treis longum erat, inuenimus. cultrum hunc Menelaus cum inscienter torsisset, è capulo, tanquam ex antro, ferri pars tanta prodijt, quanta capuli longitudo fuerat: cúmque in contrariam rursum partem torsisset, ferrum pariter intus occultatum est. eiusmodi ferro miserum illum hominem in theatris ad fictas uulnerationes uti consueuisse credibile est. quam ob rem ad Menelaum conuersus, Si strenuam, inquam ego, nunc operam nauare uolueris, auxilium nobis Deus feret: nos'que puellam seruare, & à latronibus minimè deprehendi poterimus. quo autem id pacto fieri poßit, accipe. Ouillum corium quàm subtilißimum in sacculi formam pro humani uentris magnitudine consuemus, & feræ alicuius extis, ac sanguine refertum ad eius uterum accommodabimus ita, ut exta non facile delabantur. hunc in modum adornata puella, stoláque superimposita, mitris

dein-

deinde ac uittis additis apparatum istum occultabimus. cui sanè rei percommodum oraculum est: à quo responsum fuit, ut puella adornata cum ueste ipsa per medium secetur. tu cultrum hunc ea fabrefactum arte uides, ut, si quis aliquod in corpus defigere uelit, eius ferrum intra capulum, tanquam intra uaginam, recurrat. ijs qui spectant, in corpus illud mergi existimantibus, cum tamen in manubrij latebra recondatur, nec amplius extet, quàm quantum satis sit ad fictitium uterum secandum. Sed pellem capulus ipse contingat. quod si quis è uulnere gladium extrahat, tantum pariter ferri excurrit, quantum sublatus capulus emittit: illóque modo spectantium oculos fallit, arbitrantibus ijs illud totum, quod è manubrio extabat, in corpus defixum fuisse. hæc si fiant, latrones artificium cognoscere nequibunt: nam & corium tectum erit, & exta facto uulnere desilient: quæ nos excipientes aræ imponemus. nec uerò ad cadauer eo tempore latrones accedent: uerùm nos in tumulo collocabimus. latronum sanè principem paulo antè ipse dicentem audiuisti, audacter factum aliquid sibi à nobis ostendi oportere. licet itaque hominem te adire, paratúmque ad

ad id esse te polliceri. quæ cum dixissem, preces etiam addidi, hospitalem Iouem inuocans, communisq́; & mensæ & naufragij mentionem faciens. tum uerò bonus hic uir, Magnū, id inquit, facinus est: sed amici causa mortem subire iucundum est. atq; ego rursum. Clitophontem quidem, inquam, uiuere adhuc existimo: roganti enim mihi Leucippe illum inter captiuos uinctum reliquisse affirmauit: duci præterea suo à latronibus fuga elapsis renunciatum est, captiuos omneis, dum pugnaretur, ad hostes transiuisse. magnam itaq; ab eo gratiam inibis, ac miseram hanc puellam tot ex malis eripies. hac oratione hominem persuasi: nec fortunæ deinceps fauor defuit. enimuerò ego in ijs quæ ad nostrum hunc cogitatum perficiendum opus erant, comparandis occupabar. Menelaus autem cum iam latrones, ut de sacrificio cum ijs uerba faceret conuenisset, eorum princeps ita uolente Deo, anteuertit: Atq; nostris, inquit, legibus cauetur, ut qui primarius sacerdos est, is sacrificium auspicetur, præsertim cum hominē immolare oportet. itaque diuinam ad rem faciendam te in crastinum comparato, seruum uerò etiam tuum instrui, tecúmque operari necessarium erit. tum Menelaus, Enitemur, inquit, ut nos quoquam è uobis inferiores non esse intelligatis. atqui muneris quoq;, inquit ille, uestri erit, puellā ita constituere, ut aptè secari poßit.

poßit. Leucippen igitur soli ipsi, quemadmodum antea propositum fuerat, adornauimus, bonoq; animo esse iubētes de omnibus præmonuimus, oportere scilicet se tumulum ingredi, atq; in eo interdiu etiam quamuis somno solueretur, permanere: in idq; aninum intendere, ut si nostrûm aliquis recessisset, ad latronum hostes transitione facta seipsam seruaret. Quæ cum dixißemus, puellam ad aram duximus. reliqua tumet uidisti. Hac oratione uarias mihi animus in parteis distrahebatur: neq; quid agerem, quò Menelao parem collatis in me beneficijs gratiam referrem, sciebam. itaq;, quod uulgò fieri solet, ad illius pedes prostratus, hominē amplectebar, & ueluti numen quoddam adorabā, cum inexhausta interim uoluptas animum meum perfudisset. posteaquam rem, quod Leucippen attinebat, in tuto esse uidi, quid de Clinia factum esset, rogaui. Menelaus autem fracta illum naui antennæ adhærentem uidisse. uerùm quò deinceps delatus fuisset, ignorare omnino se respōdit. Quam ob rem in ipso lætitiæ medio non potui non contristari (fortè autem solidum hoc mihi gaudium euenire Deus aliquis noluit) mea causa euenisse, ut quem secundum Leucippen maximè omnium obseruabam, is nullibi reperiretur, sed solus ex omnib. maris sæuitiam expertus fuisset, quo non modò spiritu, uerùm etiam sepulchro careret. ô infidum mare, tu

re,tu integrum nobis benignitatis tuæ fructum inuidisti. Cæterùm inde digreßi ad exercitum unà profecti sumus, meoq; in tentorio noctis reliquum transegimus. facti autem illius fama latè dissemìnata est. Vbi dies illuxit, Menelaum ad Charmidem duxi, rémque omnem exposui: qui ea delectatus Menelaum in amicitiam recepit, ac de aduersariorum numero percunctatus est. Menelaus uicinum illum pagum improbis hominibus plenum esse, latronésque perquàm frequentes, ut iam decem millium numerum implerent, conuenisse dixit. Tum Charmides: Atqui millia quinque hæc nostra, inquit, uiginti eorum facile obsistere poterunt: quanquam non ita multo pòst alia duo aderunt ex ijs qui regionem, quam Delta uocant, ac Heliopolim, à barbarorum excursionibus tuentur. Interea dum Charmides hæc narraret, puer nescio quis ingressus nuncium exercitus à regione Delta adesse significauit, referentem ea militum millia duo quinque adhuc dies tardatura. barbaros quidem certè incursionibus modum fecisse: uerùm cum iter cohortes facturæ essent, sacram uolucrem patris sepulchrum ferentem ijs appropinquaße: ac propterea tantum temporis profectionem differre coactus fuisse. Tum ego, Quisnam hic, inquam,

inquam, uolucris est, cui honoris tantum tribuetur? aut quódnam sepulchrum gestat? uolucri nomen, inquiunt, Phœnix est. atque apud Aethiopes nascitur, pauonis magnitudine, atque colore: sed pulchritudine, pauoni secundus. pennas auro & purpura interpictas habet, solísque se auem esse gloriatur: id quod caput eius testatum facit. nam ingeniosissimè factam coronam sustinet, cuius orbis imaginem Solis refert. colore cæruleo est, rosea facie, aspectu iucundo, radijs proiectis: pennæ enim extensæ radios imitantur. Ea uerò conditione est, ut uiuo Aethiopes, mortuo Aegyptij potiantur. Cum primùm enim uitam cum morte commutauit (quæ res non nisi longum post tempus fit) eum filius ad Nilum flumen defert, sepulchrúmque illi huiusmodi construit: odoratissimæ enim myrrhæ tantum sumit, quantum ad cadauer includendum sufficere posit, rostróque excauat, & medium infodit: atque id uolucri sepulchrum est. collocato enim aptè in eo cauo, ac terra operto cadauere, Nilum uersus uolans auis opus totum secum defert, innumeris alijs auibus, tanquam corporis custodibus comitatus, ut peregrè abeuntem regem imitetur, nec à Solis urbe, quæ mortui uolucris sedes est,

usquam

usquam declinat: sed eò delatus in sublimi, quò cerni poßit subsistit, Deiq; administros expectat: nec multo pòst Aegyptius sacerdos è sacrario cum libro prodit, uolucrem descriptionis comparatione dijudicaturus. quocirca fidem ille sibi minimè haberi sentiens, occultas paterni corporis partes reuelat, cadauerq; oculis subijcit, & laudatoris munere fungitur. tum Solis sacerdotes acceptum sacri uolucris cadauer sepulturæ tradunt. ita fit, ut uictus ratio, dum uiuit, Aethiopem: sepulturæ, cum moritur, Aegyptium illum efficiat.

Liber quartus.



Ostea quàm hostium apparatū, & auxiliorum moram Charmides cognouit, ad pagum, unde exieramus, reuertendū, ibiq; tantisper dum adessent auxilia, expectandum constituit. Mihi uerò atq; Leucippæ diuersorium quoddam paulo altius, quàm Charmidis, aßignatum fuit: in quod simul atq; introiui, ad complexum eius currens, uirum me præstare aggressus sum. Sed cum illa non pateretur, Quousq; tandem, inquam, Veneris fructu carendum nobis erit? an non uides quàm multa improuisò nobis eueniant? nam & naufragium fecimus, & in latrones incidimus, ipsaq; uictimæ loco mactata penè fuisti. ergo dum in tuto sumus, ne oblatam occasionem

nem prius, quàm grauius aliquid incidat, amittamus. Tum Leucippe, Atqui fieri hoc, inquit, nondum licet. Nam cum aræ uictimæ loco destinata lugerem, uisa mihi per somnium Diana, Ne nunc, inquit, luge: non enim moriere. ipsa tibi opem feram. tu uirginitatem tuam tandiu serua, quoad ego te deducam: tu certè nonnisi Clitophonti nubes. ego uerò quanquam moram hanc ægreferebam, futuri temen spe lætabar. atque insomnij mentione audita, simile quoq; mihi uisum insomnium fuisse recordatus sum. nocte enim, quæ diem illum præcesserat, Veneris templum, stantemq; intus effigiem uidere mihi uisus fueram. Cumq; precandi gratia propè accessissem, ianuam claudi: atq; hac de causa perturbato mihi mulierem statuæ forma non absimilem apparuisse: quæ diceret, templum ingredi mihi nondum fas esse: uerùm, si aliquandiu expectassem, futurum ut non solum fores mihi patêrent, sed etiam ut Deæ sacerdos crearer. illud itaq; Leucippæ commemoraui, neq; amplius ei uim afferre conatus sum. ueruntamen illius insomnium animo mecum reputans non mediocriter contristabar. Interea Charmides puellæ oculos adiecit, cum eius uidendæ occasio quædam huiusmodi homini oblata esset. fortefortuna uiri aliquot fluuiatilem belluam spectatu sanè non indignam, comprehenderant: quam Nili equum Aegyptij appel

lant. reueràq; & uentre, & pedibus, sicuti fama fert, equus est, nisi quòd scissas ungulas habet. corporis magnitudine maximum quenq; bouem æquiparat. cauda ei breuis est, & pilorum asperitate, quemadmodum corpus etiam reliquum, carens, caput rotundum, non paruum: maxillæ ferè equinæ, nares perquàm patulæ, ac ignitum fumum tanquam ignis scaturigines quædam, spirantes: mentum latum, quemadmodum etiam maxillæ: oris hiatus ad tempora usq; protensus: dentes, qui canini uocitantur, curui, forma & situ equinis similes: uerùm triplo maiores. ad eam belluam spectandã nos Charmides inuitauit: affuitq; unà nobiscum ipsa etiam Leucippe. nos porrò belluã cõtẽplabamur: ille autem oculos à Leucippe nusquam deijciebat. Quocirca eius amore statim exarsit. atq; diutius nos illic, quò gratum oculis suis faceret, permanere cupiens, alios ex alijs sermones quærebat: ac belluæ primùm naturam, deinde capiendi modum referens, uoracißimum animal esse aiebat, ita ut segete plenum campum totum absumat: nec nisi dolo capi. obseruatis enim locis in quibus degat, uenatores fossam excauare, harundinibusq; ac terra cooperire, subiecta tamen arca lignea. cuius fores in superiore parte ad fossæ altitudinẽ adapertæ sint: deinde occulto aliquo in loco, donec bellua decidat, expectare: porrò eã sup

ascen-

ascendentem deorsum statim ferri, atque ab arca, tanquam à cubili, excipi: tum uenatores celeriter accurrere, ac fores claudere, illóque modo bellua potiri, quoniam tanti alioqui roboris sit, ut ui à quoquam capi nequeat. esse enim cum reliquis omnibus sui partibus robustissimam, tum cute adeò dura, ut ferro etiam cedere nolit, meritóque elephantem Aegyptium *dici posse: secundum enim roboris locum ab elephante* Indo *obtinere.* Tum Menelaus, *An uerò etiam elephantem, inquit, uidisti? Maximè, inquit* Charmides*: & ex ijs etiam qui procreationis eius incredibilem quasi naturam diligenter peruestigauerunt, audiui. at nobis, inquam ego, non nisi pictum spectare hactenus licuit.* Tum Charmides, Ego *uos, inquit, rei huius nescios esse amplius non patiar. atq; ut sciatis, longæuum illum, ac maximè senem mater parit: annos enim decem in utero semen informandum continet. deinde exacto annorum huiusmodi curriculo, in lucem edit, fœtu iam senescente.* Hac *de causa & corpore immenso, & robore insuperabili, & uita longissima, quippe supra* Hesiodiæ *cornicis annos uiuere traditur, gigni arbitror.* Elephantorum *talis est maxilla, quale tauri caput. ac si tu illius os uideres, cornua duo habere iudicares: uerùm non cornua, sed dentes repandi sunt. è quorum medio*

ſurgit proboſcis, quam manum uocant, forma & magnitudine tubæ ſimilis, & ijs quæ ſibi uſui ſunt percommoda. ea enim & cibum, & quicquid eſui aptum obijcitur, corripit. ac ſi ex ijs fuerit quibus in cibum animal id uti conſueuit, ſumit ſtatim, ſéque mentum uerſus inflectens, ori offert: ſin minus, contorta in circulum manu ſuſtollit, heróque porrigit: inſidet enim illi Aethiops uir, qui nouus illius eques eſt: blanditur uerò etiam, & formidat, & loquentem intelligit, & uerberari patitur, ferrea uidelicet claua, quæ flagelli loco adhibetur. atqui mirabile quiddam etiam uidiſſe me aliquando memini, Græcum ſcilicet neſcio quem caput ſuum belluæ capiti olim admouiſſe, belluámque aperti oris anhelitu iacentem hominem permulxiſſe. in quo ſanè & hominis audaciam, & elephanti benignitatem admirabar: mercedem uerò belluæ à ſe perſolutam, & aromatum penè Indicorum ab ea odorem afflatum fuiſſe, Græcus ille aiebat, qui capitis dolorem remouerit, elephantémque id minimè ignorare: ideóque gratis os non aperire: ſed ſuperbi medici more præmium in primis poſcere: quo accepto, parêre, ac gratiam referre, os pandere, & eo aperto quandiu quidem homo uelit, expectare, intelligentem ſcilicet odorem ſe uendidiſſe. Tum ego, Vnde, inquam, tam deformi belluæ tam ſuauis odor?

dor? ex cibo, inquit, Charmides, quo ad eam rem maximè idoneo utitur. Indorum regio Soli uicina est: primíque ipsi orientem illum aspiciunt, calidiorésque illius radios experiuntur, ita ut etiam quasi igne colorati sint: in Græcia flos oritur Aethiopum colorem referens: qui apud Indos non flos, sed frons est, cuiusmodi eæ sunt quæ in arboribus nostris cernuntur: atq; illic quidem afflatum, odorémque celans, nullo in precio est, siue quia inter notos gloriari minus habeat uoluptatis, siue quia ciuibus suis inuideat: sin uerò è patria terra paulum modò excedat, monteísque transcendat, latentem suauitatem in apertum profert: ac è fronde in florem mutatus odore cumulatur. Indorum hic flos est, quem nigram rosam uocant. hac elephantes uescuntur, quemadmodum gramine apud nos boues. igitur à primo ferè ortu pabulo eiusmodi enutrita bellua cibo similem odorem reddit, halitúmque odoratißimum ab imo, ubi ei spiritus fons est, efflat. Posteaquàm loquendi finem Charmides fecit, non multum temporis abire passus (qui enim amore saucius est, cum illius æstu ia- "
ctatur, dolori ferendo par esse nequit) Menelaum "
ad se uocatum manu prehendit, atque ex ijs, in- "
quit, quæ Clitophontis causa fecisti, uerum te amicum esse intellexi: quare me quoque non deteriorem inuenies. gratiam à te mihi tribui perue-

ſim tibi ſanè factu quàm facillimam: mihi uerò eiuſmodi, ut ſi uelis, animæ incolumitatem reddas. Leucippe me perdidit: tu me ſeruato. illa tibi quæ pro reddita uita debet, nondum perſoluit: uerùm ego pro tuo hoc in me collato beneficio numos aureos quinquaginta dono dabo. Leucippe ipſa quot uoluerit, accipiet. tum uerò Menelaus, Pecuniam, inquit, tuam tibi habe, atque illis quibus uenalia beneficia ſunt ſerua. ego, cum in amicitiam me receperis, operam dabo ut ne me fruſtra recepiſſe te intelligas. Quæ cum dixiſſet, me conuenit, remq́; omnem expoſuit. quapropter quid nos agere oporteret, cogitare cœpimus: in eamq́; tandem ſententiam uenimus, ut hominē falleremus: negare enim tunc non poteramus, cum periculum eſſet, ne uim intentaret. ſed neque fugam arripere, cum à latronibus loca omnia obſeſſa eſſent, & ipſe tot circum ſe milites haberet, ullo pacto licebat. igitur paulo pòſt reuerſus ad Charmiden Menelaus, rem confeciſſe ſe, inquit: ac puellam primò quidem perquàm obſtinatè renuiſſe: ueruntamē cum ipſe preces adhibuiſſet, ac beneficij memoriam renouaſſet, tandem annuiſſe. Vnum tantum, atque id non iniuſtum, rogauiſſe, nempe ut dies pauci concederentur, donec Alexandriam peruenirentur: locum enim, in quo tum degebant, uillam

lam esse, omnia illic palàm futura, multos'que testeis habitura. Charmides uerò: Serum, inquit, hoc mihi beneficium esse uis. in bello autem quis cupiditatem explere differat? ecquis prælium iamiam initurus, uicturum se certus sit, cum tot morti aditus pateant? tu mihi à fortuna id impetra, ut è pugna incolumis discedam, itaque expectabo. Sanè nunc ego pugnam cum pastoribus commissurus sum, ast aliud meo in pectore bellum geritur. Arcu & sagittis armatus me miles expugnat. uictus ipse, ac omni ex parte uulneribus confossus sum. Medicum itaque mihi quamprimum accerse: uulnus enim recrudescit: cúmque ignem ipse in hostes immittere paratus sim, Amorem faces in me iam coniecisse sentio. tu flammam hanc, Menelae, mihi prius extingue. optimum fuerit auspicium, amatoriè in primis congredi, quàm manus cum hoste conferantur. Venus me ad Martem dimittat. Tum Menelaus: Tumetipse, inquit, uides quàm difficile illi sit, præsentem, prætereáque amantem uirum latêre. Atqui facile, inquit Charmides, fuerit Clitophontem aliò abduci. uerùm Menelaus Charmidem nimium properare uidens, ac mihi etiam timens, uerisimile nescio quid commentus, Vis'ne, inquit, cunctatio-

nis ueram causam audire? puella in menstruis heri esse cœpit. quam ob rem à uiro abstinendū est. dies igitur, inquit Charmides, treis, quatuor'ue hic expectabimus: tantū enim tēporis ei rei satis erit. interea uerò, quod sanè ab ea fieri potest, uidendā se mihi præbeat, uerbaq; mecū faciat. uocem ego illius audire, manū tangere, corpus contrectare aueo: animi enim amore saucij alleuamēta hæc sūt. quid uerò, sauiū dare an'non licet? cum rei huic impedimento esse mēses nequeant. hæc cum reuersus Menelaus mihi renunciasset, ad extrema illius uerba nō potui quin exclamarē, mori me malle, quàm pati, ut Leucippes osculo quispiā fruatur: quo quid, ›› inquā, suauius est? VENERIS procul dubio con ›› gressus & modum & satietatē habet, nec prorsus ›› quicquā est, si basia eximas. basium uerò nullo fine ›› terminatur, nulla satietate afficit: sed semper re- ›› cens est. tria profectò sunt quæ ab ore præstantissi ›› ma proficiscuntur, halitus, uox, suauium. labra uti ›› que sunt, quæ sese in osculis dandis mutuo contin- ›› gunt; sed uoluptas è fonte, qui in animo situs est, manat. crede mihi Menelae (non enim in malis occulta reuelare me pudet) ego nihil dum à Leucippe basijs exceptis, consequutus sum. Illa uirgo adhuc est. nec nisi osculando mulier facta est. quòd si quis mihi basia etiam eripere conetur, utique notam hanc inuri mihi non feram. me uiuo basia

mihi

mihi mea nemo constuprabit. optimo ergo, inquit, Menelaus, celerrimoq; cõsilio est opus. AMANS " enim quandiu quidem adipiscẽdi spes adest, æquo " animo fert, conceptam adeptionem animo inclu- " sam continens. at si consequendi spes adimatur, " tum uerò mutata cupiditate, quicquid impedimen " to est, amoliri conatur. est uerò etiam facultas, ut " impunè agere poßit. cũq; formidari se minimè in " telligit, maiore iracundia effertur. & ocasio ad in " certas res properè capessendas impellit. Interea " dum consilium caperemus, intrò ad nos conturba tus nescio quis cucurrit, Leucippenq́; inter ambulandum repente concidisse, atq; oculum distorsisse nunciauit. quam ob rem consurgentes eò raptim acceßimus, humiq; iacentem comperimus. Cumq; ipse propior factus quid'nam sibi euenisset, interrogassem, illa me uiso exurgens, sanguineamq́; aciem uoluens, in mala pugno plagam intulit: Menelaumq; ad eã comprehendendam sese cõparantem pedib. repulit: in aduersam igitur ualetudinẽ incidisse, morboq; insaniam adiunctam esse intelligentes, per uim retinere tentauimus. ipsa uerò reluctabatur, nulla prorsus adhibita cura in ijs tegendis quæ summo studio mulieres aliæ uelare contendunt. itaq; magnus in eo tentorio tumultus concitatus est, atq; adeò, ut Charmides etiam accurrerit, & quæ agerentur, singula cognouerit. quam ob

rem initio fingere, dolumq; aduersum se commoliri nos existimabat, Menelaumq; subintuebatur. sed cum paulopòst ueritatem comperisset, commotus ipse quoq; est, casumq; huiusmodi ægro animo tulit. Leucippe interea allatis funibus uincitur: ego uerò simulatq; constrictis uinculis manus uidi, ad Menelaum, alijs plerisq; iam egreßis, conuersus, Soluite, obsecro, inquam, soluite, uinculorum asperitatem tenellæ manus pati nequeunt. uos me cum illa sinite, ego illam circumplectens funis uice fungar. insaniat illa in me: quid enim uiuere me amplius oportet? præsentem Leucippe me non agnoscit, ac uincta iacet: nec ego, quanquã possum, uincula tamen misericors demo. icircône latronũ è manibus fortuna ereptos nos uoluit, ut tu ad insaniæ ludibrium ponerere? ô miseros nos, ecquando meliore fato utemur? quæ domi metuebamus, declinauimus, ut irati maris uim experiremur. atqui è naufragio etiam euasimus, latronum manus euitauimus, nimirum quia insaniæ destinati fueramus. à qua licet conualescas, uerendum tamen est, ne aliud in malum te fortuna conijciat. quis igitur nobis miserior, quibus secundi etiam euentus formidandi sunt? ueruntamen suo arbitratu fortuna ludat, dum tu resipiscas, atque ad te redeas. Hæc me dicentem Menelaus consolabatur, ægritudines eiusmodi autumans diuturnas non

esse:

esse: sed uigente ætate plerumq; gigni: sanguinem enim iuuenem, ac multo uigore feruidum per uenas diffundi, caput'que interius petentem à sensu mentis abstrahere: quam ob rem medicos aduocari, medicinas'que adhiberi oportere. Charmiden itaque Menelaus adiuit, medicumq;, qui in exercitu erat, accersi ut iuberet, rogauit. Quod ille perquàm lubenter efficit. AMATORIS enim mandatis obeundis amantes gaudent. affuit igitur medicus. Ac nunc quidem, inquit, somnium ei conciliabimus, quo morbus aliquid de ui sua remittat. MALORVM enim somnus omnium medicina est: deinde reliquam curationem prosequemur. ita nobis tunc medicamenti cuiusdam tantum præbuit, quantum orobi granum est: oleoq; subactum capiti medio illini iussit, aliud purgãdæ alui gratia mox paraturum se pollicens. Nos iussa peregimus. Leucippe'que paulo pòst, quàm inuncta fuit, somno capta, quod noctis supererat, ad auroram usq; dormiuit. cui aßidens ipse totam noctem insomnem transegi, oculis'que in uincula coniectis, Hei mihi, Leucippe, inquam, suauißima tu etiam dormiens uincta es, nec libero frui somno potes. Quæ'nam autem tibi uisa sese nunc offerunt? mentis'ne te compotem somnus habet? An uerò etiam stulta somnias? postquam experrecta est, contenta uoce absurda

quæ-

quædam protulit: ac tum præstò affuit medicus, aliudq́; medicamentum dedit. Interea literæ ab Aegypti præfecto Charmidi redditæ sunt, quibus, uti credibile est, exercitum ad pugnam quàm primum educere, imperabatur. omnes enim statim esse in armis, & aduersus pastores proficisci iußit. quam ob rem milites, qua quisq; potuit celeritate, cum manipularibus suis præstò in armis fuere. dato igitur signo, & omnibus castris locum capere iußis, solus remansit. postridie prima luce copias in hostes eduxit. pagi aũt eius situs huiusmodi est. ex locis q̃ supra Aegyptias Thebas sunt Nilus descendit: atq; in præsentia etiam Memphin usq; prolabitur, paruũq; cornu emittit: qua magnus alueus desinit, pagus est Syrus nomine. illinc terra iterum finditur: ex unoq́; fluuij tres efficiuntur: quorum duo liberi utrinq; sese effundunt. tertius eundem quẽ antea cursum tenens, regionem quæ Delta uocatur secat. neq; uerò eorum fluuiorum aliquis est qui ad mare usq; labatur: sed alius aliam ad urbem delatus diuiditur, singulæq; partes Græciæ flumen quoduis magnitudine superant. et quã quam tot in partes aqua diuiditur, non tamen infirmior fit: sed nauigatur, bibitur, aratur: ijs enim Nilus est omnia, nempe fluuius, terra, mare, palus: admirationeq́; omnino dignum est, eodem in loco nauim & ligonem, remum & aratrum, te-
monem

monem & trophaeum, nautarum & agricolarum casas, piscium & boum cubilia spectare. nam quà nauem egisti, illic sementem facis: rursus, ubi sementem fecisti, illic nauem agis: longo enim spacio fluuius nauigari potest. eius porrò aduentum Aegyptij expectant, ac numerant dies. ille ad praestitutum tempus sistens, aquasq; dimetiẽs, minimè committit ut tarditatis accusari poßit. Tum uerò aquae ac terrae contentionem uidere licet, dum illa tantum terrae inundare, haec tantum aquae absorbere nititur, pari utrinq; uictoria. neq; enim quae succumbat, discernitur. nã terrae magnitudini aqua par fit. in ea uerò regione quam pastores incolunt multa semper residet. nam cum eam omnẽ Nilus inundauerit, paludes efficit: quae deinceps illo etiam abeunte remanent, minus quidem aquae continentes, sed limo multo refertae: per quas cum pedibus feruntur, tum etiam nauiculis nõ sanè maioribus, quàm ut singulos uectare poßint, ac si alius modi fuerint, limo illo praepeditae retinẽtur. quare parua ijs ac leuia nauigia, & exiguae aquae satis sunt: quod si quandoq; aquam deesse contingat, sublatam humeris nauiculam asportant, quousque aquam inueniant. ijs in paludibus multae sparsim insulae uisuntur: quarũ quae habitatoribus carent, papyris refertae sunt, ea ordinum densitate collocatis, ut inter stipitum earum interualla non amplius

plius quàm singuli commorari queant, cum summi tates alioqui folijs hinc inde diffusis mutuò sese contingant. eò se recipientes pastores & consilia ineunt, & insidias struunt, & latent, papyris murorum usum præbentibus. ex ijs insulis nõnullæ paludibus circumdatæ tugurijs paßim ædificatis, in quibus inhabitent pastores, tumultuariæ ciuitatis speciem præ se ferunt. quarũ una propinquior, & magnitudine, & tuguriorum numero præstabat; appellabaturq;, ut puto, Nichocis. illuc tanquã munitißimã in arcẽ profecti, et multitudine et loco cõfidebant: semita enim angusta longitudinis passuũ 125. latitudinis 12. quominus perfectè insula esset, ꝓhibebat, cũ reliquũ paludib. circundatũ esset. postea q̃ igitur Charmidẽ propius accedere uiderũt, huiusmodi quiddã cõmenti sunt. cõuocatis enim senib. uniuersis, ac palmarũ ramis supplicũ ritu adornatis, iuuenũ robustißimis quibusq; iusserunt, ut scutis et pilis armati acie structa eos sequerẽtur. ita fiebat, ut senes pacis signa ferẽtes sequentiũ armatorũ agmen frondib. occultarẽt: iuuenes inclinatas hastas, quò minimè cerni possent, post se traherẽt: ac, si senum precib. Charmides annuisset, armati à pugna desisterẽt: sin minus, illũ intra urbẽ aduocarẽt tanquã illic seipsos interficiẽdos præbituri: uerũ ubi ad semitæ illius angustæ mediũ peruenissent, senes dato signo, abiectis ramis terga darent:

rent: armati aũt irrũperent, et totis uirib. depugna rent. hunc in modũ instructi, Charmidi obuiã ꝓcesserunt, ut senectutis eorũ, ac ciuitatis uniuersæ misereretur, obtestãtes: daturosq; illi priuatim argẽti talenta centũ, ac uiros totidẽ, si ciuitatẽ incolumẽ præstaret, adducturos, quos manubiarũ loco ad Aegypti præfectũ mittere posset, pollicẽtes: q̃ sanè omnia sine fraude præstitissẽt, si modò cõditionẽ ille accipere uoluisset. Verũ cũ in ijs audiẽdis, admittẽdisq; difficilẽ se militũ ductor præberet. fatũ igit. si ita tibi decretũ est, inq̃t senes, feremus. tu hisce malis id saltẽ beneficij loco nobis cõcede, ut ne extra urbẽ, neu ꝓcul ab ea nos interimas: sed in parentũ nostrorũ sedes, et in eas, unde ortũ duximus, domos ducas, efficiasq;, ut ciuitas nobis ipsa sepultura sit. nos nostræ tibi necis duces sumus. hæc Charmides cũ audiuisset, copias pugnãdi gratia adductas dimisit, atq; ad exercitũ sine tumultu abire iussit. collocauerãt aũt pastores nõnullos, qui quæ gerebãtur, ꝓcul obseruarẽt: ijsq; iniunxerãt, ut, cũ primũ appropinquãteis hostes uidissent, fluminis aggere cæso aquã in eos immitterẽt. quippe Nili defluxus ita habẽt. singulæ fossæ aggerib. obstructæ sũt: ne anteq̃ tẽpus postulet, effusus fluuius terrã inũdet: quos, cũ irrigãda planities est, Aegyptij demoliunt: ac tũ aqua effundit. post eũ pagũ longa lataq; fossa erat: cuius aggerem qui ei rei præ-

præerant, simulatq; aduentanteis hostes conspexerunt, statim demoliti sunt. eodemq; prorsus temporis momento senes, qui præcedebant, in diuersa abierunt: iuuenes qui tela trahebant, impetum fecerunt: aquæ passim excreuerunt. iam paludes undique tumentes exundabant: angustusq; aditus aquis obruebatur, ita ut omnia mare esse uiderentur. pastores impetu facto obuios quosq; atq; ipsum in primis ductorem, imparatos, et inopinato euentu perterrefactos pilis confixerunt adeò, ut morientium facies enarrari facile nequeat. alij enim primo statim congressu, nullo ad inclinanda tela, aut ad referiendum hostem spacio dato perierunt: pũcto enim temporis eodem & quæ fierent cognouerũt, & ceciderunt: nonnulli etiam prius quàm cognoscerent cæsi sunt: quidam subito metu perculsi, mortem immoti expectabant: aliqui uixdum se loco mouentes delabebantur, fluminis aqua eos deturbante. multi fugam arripere conati, in paludis fundo mergebantur: iam enim aqua eorum qui in terra erant umbilicum pertingebat ita, ut clypeorum usum adimeret, latusq; ad uulnera nudaret: eorum uerò qui in palude, caput omnino superabat: nec, ubi aut palus esset, aut campus, dignosci amplius poterat. Itaq; qui per terram currebat, errare timens, ad fugam segnior reddebatur, eoq; in hostium breui manus deueniebat: qui per paludẽ
fere-

ferebatur, in terra se esse putans demergebatur. noua proculdubio infortunij ac naufragij genera illa erant, cum nullibi nauis cerneretur: neq; tantū noua, sed humanā etiā cogitationē uincētia: in aqua enim terrestris pugna cōmittebatur, & in terra naufragiū fiebat. hoc successu elati pastores mirū in modū gloriabātur, uirtute, non fraude uictoriā se adeptos esse arbitrātes. Aegyptiorum enim gēs periculosis in reb. animū abijcit, in securis aūt spiritus sumit. in quo nō eundē modū seruat: nā aut ignauissimè cedit, aut superbissimè dominatur.

iam decimus à Leucippes insania dies praeterierat, nec de magnitudine sua morbus quicquam remiserat, cū ardentē hāc uocē dormiens aliquando tandē emisit: Ob tuā ò Gorgia causam desipui. id quod ego, simulac dies illuxit, Menelao retuli, cogitās esset'ne in uico illo Gorgias nomine aliquis. interea dū è tentorio egrederemur, obuiā nobis adolescens quidam fit, meq; salutato, Tui ego, inquit, tuaeq; uxoris seruator adsum. Quam ob rem obstupefactus, hominem quē à Deo missum existimans, Num tu, inquam, Gorgias es? minimè, inquit ille, sed Chaerea. Gorgias is fuit qui calamitatem tibi peperit. tum ego maiori etiam stupore oppressus, Quae'nam, inquam, haec calamitas, aut quis hic Gorgias est? Deus enim me nescio quis noctu admonuit. Age itaque tu quid sibi diuina

hæc monita uelint, expone. tum ille, Gorgias, inquit, Aegyptius miles fuit: qui nunc quidem esse desijt, à pastoribus uidelicet interemptus. is uxoris tuæ amore tenebatur. Cumq; natura ueneficijs deditus esset, amatoriam potionem comparauit, ac Aegyptio uestro administratori persuasit, ut eam Leucippes potui infunderet. Verùm ita casus attulit, ut ualentiore imprudens pharmaco usus sit, ac pro amante insanam reddiderit. Hæc omnia eius ipsius Gorgiæ famulus heri mihi narrauit: qui fortè cum eo in bello, quod contra pastores gestum est, militabat: illum'que uestra causa fuisse à fortuna seruatum, simile uero uidetur. Is pro reddenda incolumitate nummos aureos quatuor dari sibi petit, medicamentum habere se affirmans quod prioris uim soluat. Atqui tibi quoque, inquam ego, pro beneficio isto gratia referetur. uerùm hunc, quem dicis, hominem accerse. Atque ille quidem abijt: ego uerò Aegyptium ministrum domi conueniens, pugnis in faciem iterum ac tertiò percußi, ac minaci uoce, quid'nam Leucippæ miscuisset, quam'; ob causam insaniret, percontatus sum. Quocirca perterrefactus ille, quæ ex Chæreæ sermone didiceram, omnia enarrauit. hominem itaq; in custodiã dedimus. interea cum Gorgiæ famulo Chærea reuersus est: quib. pecuniã statim dissolns, Euangelia, inquã, accipite

te

te:sed quæ mea de medicamento uestro sententia sit, audite. præsentium puellæ huius malorum causam potionem fuisse scitis: iccirco minimè tutũ existimo, ut infectã pharmaco aluũ alijs rursum medicaminib. irritemus. agitedũ ergo quid hoc in medicamento insit, denunciate, ac præsentib. nobis parate. Quod si feceritis, alteram tantam pecuniam uobis muneri dabo. Tum famulus ille, Iustè, inquit, formidas. Cæterùm quæ paranda sunt, communia & esui apta omnia credas uelim, ego tantum mihi ex ijs sumam, quantum puellæ daturus sum. Ac statim quendam singula nominatim emptum ire, atque afferre iussit, aliáque omnia spectantibus nobis contriuit: duabúsque partibus factis, Hanc, inquit, prior ipse bibam. alteram mulieri dabo: quæ, illa eporta, totam omnino noctem dormiet. Aduentante luce, & somno & morbo liberabitur. Ita primus ipse potionem hausit: reliquum ut uesperi puellæ daretur, præcepit: séque, quoniam ita potio cogeret, dormitum ire testatus, numis quatuor acceptis abijt: nam reliquos, simul atque Leucippe conualuisset, numeraturum me promiseram. postea quàm dandi medicamenti tempus uenit, illud ego miscens, ita sum allocutus: O terra genita, atque ab Aesculapio mortalium generi primùm data medicina, utinam quæ mihi de te promissa fuerunt, uera sint. Tu

mihi propitia esto, deuictoq; barbaro, & agresti ueneno illo clarißimam puellam incolumem reddito. hac medicinæ tessera data, poculoq; dissuauiato, puellæ potionem dedi, quam non ita multo pòst somnus, uti uir ille præsignificarat, complexus est. Ac tum ego ei aßidens dormientem, quasi audiret, ita propemodum affatus sum: Vere' ne tu nunc resipisces? ecquid tu me agnosces? ecquid ego uocem tuam audiam? age iam aliquid etiam nunc in somnis uaticinare: nam heri quoq; de Gorgia diuinasti. magna tua meritò est uigilãtis felicitas, sed dormientis maior: uigilantem enim insania miseram reddit: dormiẽtis autem insomnia prudentiã præ se ferunt. hæc me, tanquam cum audiente puella, colloquente, tandem optata dies illuxit: Leucippeq; tum uocem mittens me nomine appellauit. exiliens itaq;, & propior factus ut ualeret, rogaui. at illa nihil eorum quæ gesserat, scire mihi uisa est: sed uinctam se cernens admirabatur: & à quo uincta fuisset, quærebat. Tunc ego mentis compotem factam eam intelligens, ac præ nimio gaudio gestiens uincula solui, omnia'que, uti acta fuerant, aperui. Quæ cum audiret, rubore suffundebatur, ac se tum etiam insanire putabat. Quocirca consolans illam bono esse animo iußi, & medicamenti precium perlibenter exolui. uiaticum enim omne nobis incolume in ipso etiam nau-

naufragio Satyrus præstiterat: nec pòst aut ipse, aut Menelaus, aut è suo quisquam in latronum potestate remanserat. interea copiæ maiores à principe ciuitate aduersus latrones immissæ sunt: quæ urbem illorum uniuersam funditus euerterunt. nos à pastorum flumen accolentium iniuria liberati, Alexandriam petere instituimus, adiuncto nobis Chærea: quem in ære nostro ob factum potionis indicium receperamus. Erat is ex insula Pharo piscator: sed qui tunc aduersus pastores in exercitu nauali stipendia merebat. & confecto bello dimissus fuerat. Itaque cum latronum metu multum temporis nauigatio intermissa fuisset, ijs deuictis omnia nauigantibus completa sunt: uidentibusq; magnam afferebant uoluptatem nautarum cantus, uectorum plausus, nauium ordo, & fluminis celebritas. sanè autem diem festum agenti fluuio similis nauigatio uidebatur. Atque ego Nili suauitatem dignoscere cupiens, illius aquam eo primũ die, nullo admisto uino bibi: uinum enim impedimento est, quo minus aquæ natura percipiatur. Vitreo igitur scypho maximè perspicuo repleto, aquam cum poculo candore contendere, ac superiorem euadere, animaduerti. Bibenti autem & dulcis erat, & sine iniucunditate frigida: quædam enim in Græcia flumina esse scio adeò frigida, ut bibentibus molesta sint. ea ego tanto fluuio com-

parabam. hinc porrò fit, ut Aegyptij, aquarum hu iusmodi copiam suppeditante Nilo, uini penuriam haud metuant. quinetiam ipsum bibendi modũ ad miratus sum. neq; enim cadis, aut poculis, sed sua ipsorũ manu bibituri utuntur: si enim nauigantiũ aliquis sitiat, in flumen è naui se inclinans, manum cauam demergit, haustamq; aquam in os iaculatur, minimè à scopo aberrans. illud autem patens iactum expectat, suscipitq;: dein clauditur, et aquã excidere nõ sinit. cæterùm aliud etiam animal ui di ferocia Nili equo præstantius. Crocodilo ei nomen est: forma uerò cùm piscis, tum belluæ terrestris magnæ: longum enim inter caput & caudã spacium intercedit: sed longitudini latitndo proportione haudquaq̃ respondet. cutis eius squãmis aspera est. dorsum petræ simile, ac nigrũ: aluus cã dida: pedes ipsi quatuor in obliquũ deflexi, quales testudinis terrestris: cauda longa, crassa, solidoq; corpori similis. neq; enim, ut in alijs animalib. habetur, est, sed osseuno, qui spinæ finis, ac natiũ pars est, constat, asperis in superiore parte acuminibus, ut sunt serræ dentes, referta, & qua flagelli loco in capienda præda utatur: illa enim feras, quibus cum pugnat, percutit, multaq; uno ictu uulnera im ponit. caput humeris adiunctum, & ad amußim di rectum est, nullo apparente discrimine: natura quippe collum eius occuluit. reliquum corpus hor

ribi-

ribile est, præsertim cum maxillæ diducuntur, & os totum aperitur: quandiu enim bellua non hiat, caput totum est: in hiando uerò ad prædam capiendam os totum fit: tum que superiorem tantum genam mouet, inferiorem autem nequaquam. Porrò hiatus ingens est, utpote qui ad humeros usque protenditur, eique statim subijcitur uenter. Dentes habet multos, longa serie pectinatim sese stipanteis: quos quidem, cum ad numerum rediguntur, tot reperiri aiunt, quot dies integro anno Deus illustrat. Quantis autem uiribus polleat, si corporis molem tum, cum in terram egreditur, spectes, minimè utique credas.

Liber quintus.



Onfecto tandem trium dierum spacio, Alexandriam naue delati sumus, mihiq; solis, quas uocãt, portas introeunti mira quædam urbis pulchritudo uoluptate oculos cõpleuit. à solis enim ad lunæ usq; portas (in eorum aũt deorũ tutela portæ ipsæ sunt) recta columnarũ series utrinq; ꝑtendebatur. quarũ in medio platea sita erat, à qua uiæ multæ ducebãtur: adeò, ut ipsa in urbe perambulans populus, peregrinationem quodam modo suscepisse uideretur. Illinc aliquot urbis stadia progressus, ad eum locum, cui ab Alexandro nomen est, perueni: aliãq;

ciuitatẽ uidi: cuius pulchritudo hoc pacto distincta erat, ut q̃ longus esset columnarum in rectum dispositarũ ordo, tã longus alius in obliquũ sese intuẽtib. offerret. in omnes itaq; uias obtutus dispertiens, neq; spectãdo satiari, neq; pulchritudinẽ omnẽ assequi poterã: quædã enim ante oculos habebã, quædã mox habiturus erã, nõnulla uidere præoptabã, alia etiã erãt q̃ prætermittẽda minimè censebã, ac licet quæ perspexeramus, oculos occupassent, tñ quæ uidenda supererant, eos ad sese alliciebant: quã ob rẽ uijs omnib. plustratis, cũ ad omnia contẽplanda sufficere oculorũ acies nequiret, eos spectãdo uictos mecũ fateri coactus sum. illud uerò nouũ atq; incredibile mihi ante omnia uisum est. urbis enim amplitudo cũ pulchritudine, et magnitudo cum multitudine habitatorũ ita certabat, ut neutra alteri cederet. nã et illa continẽte maior, et hæc innumerabilis erat. porrò intuẽti mihi ciuitas amplior apparebat, q̃ ut habitatorib. cõpleri posset: populus aũt tã numerosus uidebat, ut aliquãne urbe cõtineri ualeret, dubitare cogerer. ita æquo hæc inter se marte cõtẽdebãt. fortè aũt eo tẽpore magni numinis, quẽ Δία Græci, Serapin Aegyptij, Latini Iouẽ uocãt, festi dies celebrabãtur, flãmæq; passim relucebant, idq; nõ uulgari admiratione dignum animaduerti: uespera enim cũ aduentasset, ac iã sol occidisset, nox tñ nõdũ erat, sed alius minu-

tas

tas quasdã in partes diuisus sol exoriebatur. tunc urbẽ illã cũ cœlo etiã pulchritudine cõtẽdere iudicaui. Milichiũ quinetiã Iouẽ, cœlesteq; illius templum uidi: cuius magnum numen cum uenerati essemus, precatiq;, ut nostrorum tandem infortuniorũ finis fieret, conductam à Menelao domum ingreßi fuimus. sed precibus nostris Deus ille nequaquam annuisse uisus est: aliud enim discrimen restabat, in quo fortuna nos adhuc exerceret. Nam Chærea Leucippen multo antea clàm amabat, medicamentiq; indicium fecerat, simul ut se in familiaritatem nostram ea occasione arrepta insinuaret, simul ut puellam sibijpsi seruaret. Qua cum potiri difficile admodum esse intelligeret, ad parandas insidias animum adiecit. itaq; prædonibus aliquot sui similibus collectis (rerum enim maritimarum non imperitus fuerat) quid ab ijs fieri uelit, docet: mox natalem diem suum agere simulans, nos ad Pharũ uisendam inuitat. Igitur domo egreßis nobis sinistrum in uia omen euenit. hirundinem insequens accipiter, Leucippes caput ala percußit. Quare perturbatus, cœlumq; suspiciens, Quid hoc, inquã, portenti est Iupiter quod nobis commonstras? quin potius, si auis hæc uerè tua est, aliud nobis manifestius auguriũ ostendis? neq; conuertens (forte enim prope pictoris officinam constiteramus) collocatã animaduerti tabellam, quæ Prognes infortunium,

Terei uiolentiam, linguæ abscißionem, integrã deniq; fabulæ totius explicationem continebat. In ea enim peplũ, Tereus, mensa, serua explicatũ peplũ tenens, & Philomela, quæ in eo picta erant digito indicans, cernebantur. Progne ad indicium annuebat, toruéq; intuebatur, ac picturæ propemodum irascebatur, quoniam quidem pictus illic Tereus reluctantem Philomelam obscœnè contrectabat: quæ capillis euulsis, cingulo soluto, ueste discissa, seminudum pectus ostendebat: dexteráque oculis admota, Tereum uehementer incusabat. sinistra uerò laceræ uestis parte mammas obtegere nitebatur. Mulierem Tereus totis ad se uiribus trahebat, arctéq; complexabatur. atq; ita quidem pepli disposita erat pictura. In reliqua tabellæ parte mulieres in lance Tereo cœnæ reliquias, pueri scilicet caput atque manus offerebant, ridentes identidem, & trementes. Ille autem stricto in eas gladio insurgens, mensam brachio protrudere uidebatur: q̃ nec stabat, nec cadebat: cadẽtis tamẽ formã referebat. Tum Menelaus, Mihi quidem, inquit, à profectione in Pharum abstinendum uidetur. duo enim aduersa nobis portenta, uolatum accipitris, & picturæ minas, cernis. Monent autem prodigiorum interpretes, ne fabulas contemnamus: sed ut, si quid acturis nobis eueniat, cum ijs quæ agenda suscepimus, conferamus, si quid cum re uera simili-

similitudinis insit. Nónne obscœni amoris, impudentis adulterij, muliebrium infortuniorum, malorum denique omnium plenam hanc picturam uides? Ego quidem certè profectionem istam in aliud tempus distulerim. Sanè oratio hæc Menelai mihi non absurda uisa est. Chæream itaque ualere iussi: qui tristis admodum recessit: Cras ad me, inquiens, proficisci uos uolo. Tunc ad me conuersa Leucippe, (fabellarum enim cupidæ mulieres sunt) Quin tu, inquit, mihi narras quid sibi pictura hæc, auésque istæ, & mulieres, cum uiro illo impudenti uelint? Tum ego, Quos nunc, inquam, aues esse cernis, homines quondam fuere: ac mulieres quidem, Prognen scilicet ac Philomelam (illarum enim nomina hæc sunt) sorores Athenis ortas fuisse, hanc'que in hirundinem, illam in lusciniam mutatas: uirum autem, cui Tereo nomen fuit, genere Thracem, Prognes'que maritum in upupam conuersum, tradunt. Barbarorum autem libidini, ut cōsentaneum est, mulier una satis non est, præsertim cum per contumeliam explendæ cupiditatis oblata sit occasio. Prognes igitur erga sororem pietas homini barbaro opportunitatem attulit, qua naturam suam secutus, in omni intemperantia sese effunderet. Hæc enim uirū ad uisendā sororem misit: qui, cum Prognes maritus abijsset, Philomelæ amator

est

est reuersus, eamq; sibi inter redeundum alteram Prognen fecit. Quod cum resciri nollet, hanc uiolati pudoris mercedem persoluit, linguam enim puellæ amputauit: quanquam nihilo plus effecit. mutũ enim indicẽ Philomela excogitauit, remq; omnẽ, sicuti gesta fuerat, in peplo filis intexuit: manuq; linguam imitante, quæ passa esset, quando auribus immittere non poterat, ob oculos posuit. Progne uim sorori illatam ex pepli pictura cognouit: pœnamq; opinione omni maiorem de uiro sumere aggressa est. Cumq; ira duplici mulieres duæ arderent, conspiratione facta, obtrectationeq; contumeliæ coniuncta cœnam Philomelæ nuptijs longè detestabiliorem fecerunt. Filium enim patri apposuerunt: cuius ante iram Progne mater fuerat: sed tũc partus molestiam obliuioni tradiderat: ita obtrectationis furor uteri doloribus longè potẽtior est. quanquam autem hoc illis molestum erat, tamen cum eum, qui maritalis tori leges uiolauerat, ulcisci se uiderent, huiusmodi molestiam cum uindictæ uoluptate compensant. Posteaquam Tereus furiali mensæ accumbens epulatus est, mulieres in lance nati reliquias ridentes pariter ac trepidantes protulerunt. ex quibus natum à se absumptum intelligẽs, lachrymas profudit. dein furore percitus, educto gladio in utranq; irruit. at illas in aues repentè mutatas aer suscepit: quibus cum Tereus

quoq;

quoq; sublatus est. Facti autem illius imaginem omnes seruant. Luscinia enim fugit adhuc, upupa uerò insequitur, ut post mutationem odium quoque seruatum uideatur. Atq; hoc quidem pacto tunc insidias uitauimus, nihil quicquam lucrati, præterquam quòd in eas illo die non incidimus. Affuit enim postridie mane Chærea. nosq; uerecundia permoti recusare amplius ausi non sumus. Quam ob rem conscensa naui ad Pharum deuenimus, uno excepto Menelao, qui, cum se non admodum ex sententia ualere diceret, domi remãsit. Chærea igitur nos primum in Turrim duxit: substructionemq; imam, miram illam quidem, & quodammodo incredibilem ostendit. Mons erat medio in mari situs, nebulas penè contingens: cuius sub radicib. aqua conspiciebatur, ita ut suspensæ mari imminere uiderẽtur. in turri summo in monte ædificata ignis elucet, qui quasi gubernator alius nauigãtes noctu dirigat. Hæc cum uidissemus, in domum, quæ in extrema insulæ parte ad mare posita erat, introducti fuimus: uixq; ad uesperauerat, cum Chærea uentrem purgare sibi opus esse causatus exiuit: atque haud ita multo pòst, clamor quidam improuisus ante fores auditus est, repenteq; uiri multi, ac magni districtis gladiis irrumpentes, in puellam unà omnes impetum fecerunt. Ipse autem Leucippen meam abduci uidens, animoq; iniquissimo id

ferens,

ferens, medios in gladios me conieci, atq; in femore uulnus accepi graue adeò, ut curuato poplite conciderim, sanguine totus conspersus, illisque interea puella naviculæ imposita impunè abierint. Cæterùm clamore, concursúque facto, ut in piratarum aduentu fieri consueuit, insulæ præfectus accurrit. Erat is mihi, quòd ipso imperatore stipendia meruissem, non ignotus. Ostendi itaque uulnus, prædones'que ut insequeretur, obtestatus sum. ille nauigium ex ijs quæ multa in ciuitatis portu stationem habebant, conscendens, cum ea, quæ tum fortè aderat, manu fugientes insecutus est. Quin ipse quoq;, ita ut eram obligato uulnere in nauem deferri me iussi. Piratæ simul atque nos appropinquantes iam, ac ad pugnandum paratos conspexere, puellam manibus ad tergum reuinctis in prora statuerunt, unusq; ex eis magna uoce clamãs; EN PRAEMIA, QVAE PETITIS, miseræ illi caput abscidit: eoq; in naui occultato, cadaueris reliquũ in mare deiecit. Quod conspicatus ipse, neq; lachrymis, neq; clamori peperci: immo post illud in mare præcipitem me dare uolui. Verùm cum me, qui aderant, continuissent, nauem ut inhiberent, eorúmque aliquis in mare desiliret, rogaui, si quo pacto puellæ corpus humandum recipere possent. atque præfectus paruit, remiges'que inhibere iussit. Tum nautarum duo è

naue delapsi, collectum retulerunt cadauer. Piratæ interea ualidius multo fugæ incumbebant: quibus cum rursum appropinquauissemus, aliã illi ratem conspicati, agnitisque qui ea uehebantur (erant autem purpuræ collectores piraticam facientes) ab ijs auxilium implorarunt. Quam ob rem præfectus duas iam naueis conuenisse uidens, extimuit, puppimq; conuerti iussit: quandoquidẽ illi fuga repressa iam nos ad pugnam prouocabant. Postea quàm ad littus reuersi, & è nauigio egressi sumus, ego mortuæ truncũ amplexus, ita misere lamẽtari cœpi: Nunc quidem certè mihi unam atq; alteram Leucippe mortẽ obijsti, terra scilicet atq; mari diuisam: quanq̃ enim hasce corporis tui reliqas habeo, te tamẽ amisi: neq; enim q̃ tui pars terræ tradita est, ei par est quam retinuit mare. nam minor tui pars sub maioris imagine mihi relicta est, contrà uerò sub minoris, integram te mare possidet. sed quoniã os mihi tuum suauiari fortuna eripuit, quod certè licet, iugulũ exosculabor. Hæc mecum questus, cadauer sepulturæ mandaui, deinde Alexandriam reuersus sum: ubi curatione uulneri licet inuitè adhibita, summo in cruciatu, Menelao me cõsolante, uitã egi. tandẽ transactis mihi mensib. sex doloris magnitudo diminui cœpit. Mœroris enim " medicina tempus est, animiq; uulnera emollit (sol " q̃ppe hilaritatis plenus est) et ægrimonia tametsi " modum

modum superat, non tamen, nisi quatenus mens æstuat, feruet: ac si temporis amœnitate deliniatur, refrigescit. Cæterùm cum me ad forum aliquando conferrem, superueniens mihi à tergo quidam repentè manu comprehensum ad se conuertit, tacitéque amplexus & dissuauiatus est. Ego quis ille esset, initiò non cognoui, sed obstupefactus oscula & salutationes, non aliter quidem, quàm si scopus aliquis essem, ad quem eæ dirigerentur excepi. ac nõ multo pòst eius faciem contemplatus, & præ gaudio uocem tollens (erat enim Clinia) hominem cõplector, paresq; amplexus reddo: ac mecum unà domum perduco. Vbi ille mihi quo pacto naufragio ereptus fuerat, ego illi contrà, quæ Leucippæ acciderant, singula cõmemoraui. Atq; ita quidem ille fracta, inquit, naui, ad alterum protinus cornu me contuli: extremitatemq; illius uiris iam plenã iniectis manibus uix apprehendens, suspensus detineri conabar. Nobis autem aliquantisper undarum ui agitatis fluctus ab altera parte lignum, cui hærebam, scopulo aquis contecto illisit: illisum aquæ impetus iterum, machinæ instar, reiecit, meq; perinde ac funda iactatum excußit. quam ob rem diei reliquũ natando, spe omni salutis penitus amissa, transegi. tandem fessus, fortunæq; arbitrio totum me permittens, nauem quandam ad me uenientem conspexi, ad illamq;, quatenus concessum erat, manum

num tendēs auxiliū nutu rogaui. Qui in ea erant, siue quòd uicem meam dolerent, siue quòd ita uentis agerentur, ad me proram direxerunt: eorumq́; unus rudentem naue interim præterlabente, demisit. quem cum apprehendissem, illi ex ipsis me mortis faucibus eripuerunt. porrò nauis illa Sidonem ferebatur, ac nōnulli, quibus notus erã, mihi curationem adhibuerunt. Biduū autem nauigantes ad urbem aduecti sumus. ibi tum ego Sidonios, qui ea naui uehebantur, Xenedamam scilicet mercatorem, eius'que socerum Theophilum, rogaui, ne Tyriorum alicui, si quem fortè obuiam habuissent, naufragio liberatum me nunciarent, ut ne me tecum iter suscepisse intelligerent. fieri enim posse putabam, ut eos latêrem, si quidem hoc illi clàm haberent, præsertim quòd quinq; tantū dies effluxissent, quibus nusquam apparueram. Nam & domesticis meis (ut scis) rogantibus me rus iturum, decémque integros dies absuturum esse responderam: atque hanc apud omneis famam de me inualisse comperi. Sed & pater tuus non, nisi biduo pòst, è Palæstina redijt, missasq; à Leucippes patre literas inuenit, altero à discessu nostro die allatas, per quas ille tibi filiã spondebat. quibus lectis, ac fuga nostra cognita, uehementer animo commotus est, tum quòd te promissum per epistolam lucrum amittere uideret, tum quòd tam breui

eam in locũ res à fortuna deductæ essent, quorũ nihil euenisset, si literæ citius allatæ fuissent. Quin etiã puellæ matrẽ, ut rem dißimularet, obtestatus est: futurũ existimãs, ut uos fortè inuenirent. neq; uerò censebat è re esse, ut infortunium huiusmodi Sostrato innotesceret, illud sibi persuasum habens, uos, quoquo tandẽ abijssetis, futuras inter uos nuptias intellecturos, redituros q; fugæ causam nõ amplius palàm facere ueritos. nũc ille quàm diligẽtissime in id incumbit, ut quónam profugeritis, scire possit. Nam etiam superioribus proximis diebus ex Aegypto reuersus est Tyrius Diophantes, teq; hic uidisse patri tuo significauit. quam rem ego simulatq; intellexi, nulla planè interiecta mora huc adnauigaui: diesq; hic octauus est, ex quo te quærens urbem istam perlustro. quam ob rem de patre tuo iamiam affuturo, quid agas, etiam atq; etiam uide. Quæ cum Clinia dixisset, nihil aliud quàm fortunæ inconstantiam defleui, Me miserum, inquiens, hoc'ne tempore Sostratus Leucippen mihi spondet? nunc'ne mihi medio ex bello uxor datur? næ ille dierum rationem diligenter subduxit: qui non nisi post abitum nostrum nuptias fieri uoluit. ò felicitates intempestiuas, ò me ante unum illum diem beatum: nunc Leucippen mortuam spondent: nunc cum mihi lugendum est, Hymenæum canere parant. Hei mihi, qualem fortuna spon-

sam

sam præbet. cuius ne mortuæ quidem integrum cadauer mihi concessum fuit. Tum Clinia, Minimè, inquit, nunc est conquerendi tempus: considerandum potius, præstet'ne in patriam redire, an partem hic opperiri. Neutrum, inquam, placet. Nam qua facie illũ intuear, cuius domo tã turpiter fugi? cuiusq; fratris depositum abiuraui? mihi certè aliud nihil superest, nisi ut hinc prius abeã, quàm ille adsit. hæc dum inter nos pertractaremur, Menelaus & Satyrus ad nos ingreßi sunt: Satyrusq;, simulac ambo Cliniam amplexi, & de tota re à nobis certiores facti fuerunt, ad me cõuersus, Haud contemnenda, Hercule, inquit, occasio nunc tibi sese offert: qua res tuas in tuto facile colloces, animique tui amore deflagrantis, unà miserearis: nec uerò clàm te Clinia id habendum est. Permagnam huic felicitatem Venus ostendit: sed quam ipse nihili faciendam putet: atque adeò ut scias, mulierem Ephesiam eius amore flagrantem ad insaniam usque compulit, forma bona sanè, & quam, cum uideas, deæ alicui similem iudices, Meliten eam uocant, diuitijs affluentem, atque ætate nondum satis matura. Quæ cum uirum iampridem naufragio amiserit, hunc sibi dominum, non enim maritum dicam, præoptat, eique se, & fortunas omnes suas dedit. Quid, quòd eius etiam causa duos hic menseis consumpsit,

hominē, ut se sequeretur, obtestans? hic uerò eam despicit. neq; id quam ob rem faciat, sciri potest, nisi fortè Leucippen sibi à mortuis excitatum iri sperat. Tum Clinia, Rectè, inquit, Satyrus loqui mihi uidetur. Quid enim cunctatione opus sit, ubi pulchritudo, diuitiæ, amor tibi sese offerant? ex quibus ad uoluptates perfruendas, ad usus uitæ necessarios, atque ad existimationem tibi parandam, abundè omnia suppetant. illud autem in postremis reputandū non est, superbos dijs inuisos esse. Ego Satyro fidem habendam censeo, téque deorum uoluntati, ut permittas, suadeo. Tum ego suspirans, Agedum, inquam, duc me quò lubet, siquidem ita Cliniæ quoque uidetur. tantum ne muliercula hæc molesta mihi sit, rem antè perfici postulans, quàm Ephesum peruenerimus. iuraui enim nemini me unquam hic mei copiam facturum, ubi Leucippen amisi. Quibus auditis, Satyrus euestigio ad Meliten euangelia ferens cucurrit: atque haud ita multo pòst reuersus ea re cognita præ nimia uoluptate exanimatam penè concidisse retulit: meq; ad illam eo ipso die cœnatum ire oportere, ut nuptiarum initium faceremus. Itaque uiam ingressus, ad mulierem me contuli: quæ simul ac me conspexit, obuiam progressa, complexu, innumerisq; dissuauiationibus accepit. Nec erat sanè illa non formosa. Nam & aspectus

miram

miram quandam, ac propemodum Veneri conuenientem præ se ferebat dignitatem: & color in uultu is erat, ut non quidem fuco illitum, sed sanguine ac lacte diffusum diceres. capillus ipse densus, auróque non absimilis pendebat: itaq; non insuauiter illam contemplari mihi uidebar. Interea mensis splendidißimis extructis, cœnaturi accubuimus. Melite uerò tametsi ex ijs quæ apposita fuerant, nonnunquam sibi aliquid assumeret, tamen nihil prorsus comedebat: sed me unũ tantũmodo intentis oculis obseruabat. AMANTIBVS " enim nihil æquè suaue est atque amatam rem intueri. animam enim totam occupans amor ipsis etiam alimentis aditum obstruit. uoluptas autem, " quæ in uidendo percipitur, per oculos illapsa menti insidet, reiq; uisæ imaginem secum raptã animi " speculo continenter imprimit, atq; affingit: pulchritudinisq; fluxio ipsa per occultos radios in amantis pectus dimanans, amatæ rei formam insculpit. Illud igitur cum animaduertissem, Quid causæ, inquam, est, quamobrem te nihil eorum quæ imperasti, edentem cerno? næ tu pictis conuiuis mihi similis uideris. Tum illa, Quódnã mihi lautius, inquit, obsonium, quod uinum preciosius tuo esse aspectu posse putas? protinusq; his dictis me iam non sine uoluptate oscula admittente dissuauiata est. deinde retrocedens, Tu meum, inquit, oblectamentum

es. ac tum quidem hoc modo res habuit. postea ue-rò quàm nox aduentauit, mulier secum me nocta illa retinere conata est. Sed cum eadē ferè, quæ Satyro dixeram, repetendo assentiri nollem, quanquam ægrè, ac difficiliter, dimissus sum tamen ac ea lege, ut postridie in Isidis conueniremus: ibique teste Dea, tota de re, inter nos quid futurum esset, constabiliremus. affuimus itaque Menelao etiam, Cliniáque me comitantibus: iurauimus'que, ego quidem, perquàm sancte me illam amaturum: illa uerò, me sibi coniugem ascituram, rerumq; suarum omnium dominum habituram. quæ quidem ita inter nos firmata sunt, ut non antè promissa fierent, quàm Ephesum applicuissemus. illic enim uti antea testatus fueram, Meliten Leucippæ cedere uolebam. Deinceps mensæ conquisitißimis ex cibis cumulatæ accumbentes cœnauimus: cœnæq; illi nuptiale nihil, nisi nomen, fuit: nam reliqua in aliud tempus differre pacti eramus. Porrò autem mihi nunc etiam risu dignum nescio quid à Melite inter cœnandum dictum fuisse, in mentem uenit. Nam simul ac nuptijs, qui aderant, bene precati sunt, Melite clàm mihi annuens, Ego, inquit, noui quiddam sola passa sum. Vt enim ijs quorum cadauera humanda nusquam reperiuntur, inanes tumuli extrui solent: sic inanes mihi nuptias paratas esse animaduerto: atque hoc

hoc quidem pacto mulier callidè iocabatur. Postridie uento secundo inuitati Alexandria soluimus: Menelaus'que ad littus nos usque secutus, & data acceptáque salute prosperam nobis nauigationem precatus, discesit, adolescens probus sanè, ac penè diuinus: qui, cum lachrymarum plenus recederet, nobis omnibus pariter lachymas excußit. Clinia me deserere indignum ratus, Ephesum unà mecum proficisci uoluit, ut ibi tantisper moraretur, dum res meas in tuto esse prospiceret. Sed cum iam prospero cursu nauis nostra ferretur, noxq; appropinquasset, ac uix cubiculum, quod utrique nostrûm commune in naui adornatum fuerat, dormitum intrauissemus, Melite me complexa suauiari, nuptias'que repetere cœpit, Nũc quidẽ certè, inquiens, extra Leucippes fineis egreßi sumus: ac pactos iam terminos tenemus: hæc præstituta dies est. Quid nũc, donec Ephesum peruenerimus, differre oportet? an nescis dubios maris euentus, infidasq; uentorum mutationes esse? uror, mihi crede Clitophon, uror: atq; utinã ardoris magnitudinem palàm facere liceret: utinã ea in me, quæ in amoris igne, uis esset, ut complexuum meorum contactu flãmam in te immittere ualerẽ. Sed meus hic ignis diuersam quandam ab alijs uim sortitus est. Nam cum inter amantium complexus uehementißime alij feruere soleant, meus hic nobis

mutuo in complexu iacentibus parcit, ô ignem arcanum, ô ignem in abdito relucentem, ô ignem suas ipsius leges transgredi nolentem. at nos ô charissime Clitophon, cur non tandem Veneris sacris initiamur? Tum ego, Ne me, inquam, mortuorum iusta interuertere adigas: neque enim miseræ illius puellæ fineis præteruectos nos esse dicendum est, nisi cum alias tenuerimus terras. an non eam in mari uitam reliquisse audiuisti? Leucippes sepulchrum est maris amplitudo hæc, per quam ferimur. Quid uerò scis? an non fieri posse putas, ut circum nauim hanc simulachrum illius erret? ANIMAS enim eorum, qui in aquis pereunt, non omnino quidem ad infera descendere, sed propter aquas circunferri aiunt. Ac fortasse nobis hic complicatis imminebit. Cæterùm idoneus'ne tibi ad nuptias conficiendas locus hic uidetur? rectè ne tu illas inter fluctus, marisque iactationes fieri arbitraris? an tu ab instabili nuptias nostras toro auspicari nos debere censes? Tum Melite, Scitè mecastor, inquit, argutaris: ueruntamen locum ego quemlibet pro thalamo amantib. esse arbitror. Amori enim Deo nullus præclusus locus est. quinetiã arcanis eius familiarißimã sedẽ esse mare accepimus. quid q; maris Venus est filia, ut nõ ingratam nuptiarũ deæ rem facturos nos existimem, si matri eius hoc honorris

habu-

habuerimus, ut quæ ad perficiendas nuptias restant, hic consummemus. nam & iugū, & quæ circum antennam posita uincula sunt, nuptiarū præsentia mihi omnino signa uidentur esse. an non optimum ô here auspicium putandum est, sub iugo thalamum inire, rudentibus inter se colligatis, maloq; iuxtà erecto? argumento est id quidem nuptias à fortuna nostras gubernari. Ecce autem & Neptunus (is Amphitritem in mari uxorē duxit) & Nereidum chori nos comitabuntur, ipsaq; uentorum tam suauiter circa rudentes obstrepentium murmura hymenæum canere mihi uidentur. An non tu quoq; uelum istud, quasi prægnantem uterum, intumescere cernis? quod ego sanè boni ominis loco mihi duco, hinc futurum coniectans ut iam iam pater futurus sis. Itaq; cū illam ad id tam propensam uiderem, Philosophemur, inquam, ô mulier, tantisper dum terram attingamus. illud autem tibi ego per mare ipsum, & per nauigationis huius euentum iuro, non alio me, quàm te, desiderio teneri: sed sunt suæ ipsius maris leges: de nautis enim persæpe audiui, naueis à uenereis congressibus puras esse oportere, siue quòd sacræ sint, siue quòd minimè deceat inter ea quæ mari semper impendent pericula quenquam lasciuius oblectari. ne igitur mari maculam hāc inuramus, neu nuptijs terrorem immisceamus, aut, quo minus harum no-

bis solidum gaudiũ sit, nosmet in causa simus. Quæ cũ dixissem, osculis identidẽ subblãdiẽs, mulierẽ in meã sententiã pertraxi: atq; ita, qđ noctis reliquũ erat, somno dedimus. Quinto aũt pòst, q̃ discesseramus, die Ephesum nauim appulimus: ubi Melites domũ amplã, et earũ quæ illa in urbe essent, facile primã, seruorũ præterea numerũ nõ exiguũ, aliã postremò supellectilẽ sanè q̃ lautissimam cõperi. Mulier interea dũ cœnæ, quam splendidissimã imperauerat, tempus aduentaret, unà secũ me rus ab urbe nõ amplius passus D. distans pergere uoluit: quo simul ac curru uecti sumus, arborũq; in quincuncẽ directarũ ordines perãbulare cœpimus: e uestigio mulier quædã grauiorib. catenis uincta, ligonẽ gestãs, capillo detõso, corpore squalido, amictu lacero atq; discincto ad genua nobis prostrata, Miserere, inquit, mei ô hera, mulieris mulier, & liberæ quidem olim, ut uerè affirmare possum, seruæ autem nunc, sicuti fortunæ uisum est. Vocemq; hic repressit. Tum Melite, Surge, inquit, mulier, & quæ sis, & cuius, quis'ue has tibi catenas iniecit, eloquere. aspectus enim tuus, etiamsi aduersa fortuna premaris, nobilitatem tuam prædicat. Tum illa, Familiæ, inquit, tuæ procurator, quòd impuris eius cupiditatib. obtemperare nolui. genere Thessala sum, Lacænæ mihi est nomen. hanc ego tibi fortunã meam supplex cõmendo. tu ex ijs me miserijs quib. oppressam uides, eripe, fideq; mihi tantisper

habe, dum tibi sestertiũ nummum duo millia, tanti enim me à piratis Sosthenes emit, dissoluam. quæ mihi crede, quàm ocyßimè repræsentabo. Sin minus, tibi seruire pergam. Cæterũ quàm me ille fœdè excruciatam habuerit, uide: protinusq; diducta ueste terga ostendit miserum in modum conscribillata. Quæ cum audiuissemus, ego quidem stupore oppressus sum, Leucippes enim similitudinem quandam habere mihi uisa est. Melite uerò, Bono, inquit, animo esto. ab ijs enim malis te liberabo, domumq; gratis remittam. mox Sosthenem uocari, eamq; è uinculis eximi iußit. Sanè aũt perterritus Sosthenes affuit statim: cui Melite quãdo, inqt, scelestũ caput è uiliorib. etiã famulis nostris aliquẽ tã inaniter à nobis acceptũ uidisti? sed quænam hæc sit, age fallacijs omißis, effare actutum. Nihil aliud hercule, inqt ille, ô hera scio, præterq̃ q, mercator (Callisthenes ei nomẽ erat) eã mihi uẽdidit, à piratis emptã affirmans, esse aũt liberã, Lacænãq; appellari aiebat. Melite hominẽ ab administratione, cui præerat, abdicauit, mulierẽ ancillis cõmendauit. lotãq;, ac mũda palla indutã in urbẽ duci iußit. Deinceps nõnullis ad agrorũ rationẽ ptinentibus, quorũ gratia illò se cõtulerat, imperatis, pilẽto ad urbẽ reuersi sumus, cœnaturiq; accubuimus. Ibi tũ Satyrus, uultu nescio quid serium admodum subindicante clàm mihi, ut exurgerem, significauit. Quam ob rem purgandæ alui gratia secedere me

ſimulans, exiui. Satyruſq; nullis omnino prolatis uerbis, epiſtolam mihi reddidit: qua reſignata, protinus, antequam legere inciperem, animo conſternatus ſum: Leucippes enim erant manu exaratæ hoc exemplo literæ.

LEVCIPPE CLITOPHONTI
hero S.

Herum te à me appellari nõ eſt ſanè quòd admirere: quo enim alio te nomine uocẽ, qui heræ meæ maritus factus ſis? quanquam autem quæcunque tua cauſa pertuli, minimè ignoras, cõmonefaciendum te tamen in præſentia pernecessarium duxi. tua cauſa matrẽ reliqui, errationẽque mihi elegi. tua cauſa naufragiũ feci, moxque in piratarum manus deueni. tua cauſa hoſtia & expiatio facta ſum, aliamque iterum mortem oppetij. tua cauſa ueniui, ferreiſque cathenis fui conſtricta, ligonem geſtaui, terram effodi, uapulaui: ut tu ſcilicet alterius mulieris coniunx, ego alterius uiri uxor eſſem? at hoc dij prohibeant. Ego quidem certè haſce omnes ærumnas forti animo ſuſtinui. tu uerò illæſus, uerberumque immunis, nouis te nuptijs oblectas. Verùm ſi mihi ullam pro ijs incõmodis, quæ tua cauſa pertuli, gratiã habendam cenſes, uxorem tuam obteſtare, ut me, ſicuti pollicita eſt, miſſam faciat, eique dra-

chma-

chmarum duo milia, quæ pro me Sosthenes exoluit, sponde: ac quoniam Byzantio nõ longè absumus, curaturam me quamprimum, in in te recipe. aut si fidem mihi non habes, omnium tua causa perpessorum gratiam hac ipsa re à te mihi abundè relatam esse arbitrare. Vale, harumq́ tibi nuptiarũ felicitatem diuturnã habe. ipsa tibi hæc uirgo adhuc scribo.

Hæc cum legerem, uarias in parteis animo distrahebar: amore incendebar, expallescebam, mirabar interdum, interdum fidem literis nullam habebam: ita metu gaudioq; conflictabar. tandem Satyro inquam, Mihine hanc ab inferis epistolã reddis? aut quid sibi hæc uolunt? reuixitne iterum Leucippe? Maximè, inquit Satyrus: atq; illa est, quam in agro ruri uidisti, sed eam sola adeò capillorum commutauit abscißio, uix ut à quoquam dignosci queat. Quid tu igitur tot mihi bonorum, inquam ego, auctor meas tantum nunc aureis oblectas, neque ob oculos felicitatem meam ponis? Tace sis, inquit Satyrus: remq; dißimula, ne prius nos omneis perdas, quàm de tota re securius aliquod à nobis consilium ineatur. Mulierem hanc uides ciuitatis huius primariam, tuiq; amore insanientem: nos autem media intra retia, omni ope destitutos uersari. Nequeo, inquam ego: totum enim per uenas uoluptas in corpus diffunditur. quid, quod etiam me

cum

cũ p literas expostulat?lectaq; iterũ epistola hũc ferè in modũ absenti illi, quasi adesset, singulatim respondi. iusta loqueris iucundissima Leucippe: uerũ tu quidem causa mea, quæ scribis, omnia pertulisti: uerè ipse tibi malorũ omniũ auctor fui. cumq; ad eam literarũ partẽ, quæ contumelias & uerbera à Sosthene inflicta continebat, ita collachrymaui, ut si eis interfuissem. Cogitatio enim mẽtis aciẽ
» ad ea quæ literis significantur, cõuertens, quæ le-
» guntur animo repræsentat, nõ aliter q̃ si res oculis
» essent subiectæ. Illa uerò quib. mihi nuptias obijciebat, rubore me pfuderunt ita, ut si manifesto in adulterio deprehẽsus fuissem, adeò me literarũ etiã ipsarũ uerecũdia cõmouerat. ac tũ ad Satyrũ conuersus, Hei mihi, qua excusatione, inquam, Satyre utar? manifestò nũc quidẽ certè tenemur. Leucippe nos cognouit: atq; utinã ne o i etiã prosequi ceperit. Sed iã quomodo incolumis euaserit, aut cuius esset cadauer illud, quod à nobis sepultura affectũ fuit, puelim scire. tũ Satyrus, Puella rẽ tibi omnem, inqt, per ociũ explicabit. nũc te rescribere, illamq; placare opus est. ego enim hanc te contra q̃ tibi in animo erat, duxisse iureiurãdo affirmaui. etiãne igitur, inquã, me illã duxisse narrasti? recta tu quidẽ pdidisti me: nuptiarũ enim ciuitas uniuersa adhuc ignara est. Quinnimo Deũ Herculẽ, meãq; præsentẽ fortunã testor, nullas mihi dũ factas esse nuptias.

nuptias. Tũ Satyrus, Ludis me, inqt, bone uir, quasi simul cũ ea cubare te manifestum nõ sit. Atqui fide maiora, inquam, loqui me intelligo: sed hactenus tñ ex sentẽtia sua mei nondũ Melite potita est. Verũ quid scripturus sim, doce. hic enim euẽtus me uehementer cõmouit, atq; adeò, ut quid agã, prorsus ignorẽ. Ego te, inquit Satyrus, nõ sum sapientior. tu modò initiũ scribẽdi fac: amor cætera dictabit. id autem ut quamprimum fiat, etiã atq; etiam cura. Tum ego literas conscripsi hoc exemplo.

CLITOPHON LEVCIPPAE S.

Hera mea Leucippe salue. Me quidẽ una eadem res beatum ac miserum efficit: præsens em̃ præsentem te, sed tamen ex literis quasi absentem cerno. Cæterùm si rebus ijs omissis, omnium ueritatem inspicere uolueris, nullo interim de me facto præiudicio, uirginitatem profectò meam, si qua uirorũ est uirginitas, exemplum tuæ secutam esse intelliges. Sin autem indicta me causa odisse iam cœpisti, sententiam ut mutes, maximopere te rogo. Polliceor enim (ita me Dij tui seruatores ament) futurum, ut iamiam me nulla in culpa esse, haud dubiè cognoscas. Vale, te'que mihi ut propitiam esse intelligam, cura.

Cõscriptis, obsignatisq; literis Satyro pferendas eas trado: atq; ut nequicquã contrà ac deceat,

de

de me loquatur, obtestor. Voluptatis deinde ac mœroris plenus cœnatum reuertor. ueniebat enim mihi in mentem non permissuram Meliten, ut ea nocte abirem, propterea quòd nuptiæ inter nos haud dum perfectæ fuerant. neq; tum fieri poterat, ut ipse Leucippe adinuenta, mulierem aliam uel intuerer. quam ob rem uultum ita componere conatus sum, ut ne animo commutato esse iudicarer. uerùm cum id à me frustra tentaretur, ingressus frigore cohorrere me simulaui. Melite tametsi intelligeret à me causam quæri, quam ob rem promissa non facerem: conuincere me tamen palàm ne quibat. Incœnatus itaq;, ut cubitum irem, surrexi: mulierq; ijsdem uestigijs media in cœna mensa relicta, me consecuta est. ipse cubiculum ingressus, morbum etiam inualuiße præ me ferebam: illa me obtestans, Quã, inquit, ob causam id agis? quẽ spernendi finem facturus es? nos quidẽ certè maritimis è fluctibus euasimus, atq; Ephesum, qui nuptijs constitutus est locus, peruenimus. ecquem adhuc diem expectamus? quandiu eorum, qui aliquo in sacrario cubant, morem imitabimur? Largam tu quidem aquæ mihi copiam offers: uerùm, ne hauriam, uetas. Tamóne tempore ut propter fluuium sedeam, sitimq; explere non poßim? Næ ego Tantali mensæ haud dissimilem torum sortita sum. Quæ cum dixisset, flens meum in pectus miserandum in modum

dum caput demisit, atq; adeò, ut ipse quoq; uehementer conturbatus sim: neq; quid facerem scirem, quoniam iustè conqueri mihi uidebatur. attamen ita respondi: Patrios equidē deos testor, ô charissima Melite, me id enixè agere, tuæ ut morem geram uoluntati: sed quid me malè habeat, nescio. repentè enim in morbum incidi. scis autem tu incommoda ualetudine operam Veneri frustra dari. atq; inter loquendum manantes lachrymis oculos eius detersi, grauissimumq; iusiurandum iuraui, non multo pòst, quæ uoluisset, me facturū esse. Hoc pacto incensum mulieris animum, quanquam non sine multo labore, placaui. Postera die Melite accersitis ijs, quibus Leucippen cōmendauerat, ancillis, eius'ne opera rectè uterentur, interrogauit: à quibus cum responsum accepisset, ab ea nihil eorum quæ oporteret, prætermissum fuisse, illā ad se duci iussit. Quæ postea quàm affuit, Quāta erga te, inquit, humanitate usa sim, tibi commemorare, sciēti præsertim superuacaneū puto. tamē à te peto, ut ijs in rebus, quas in tua potestate sitas esse non ignoro, parem mihi gratiā referas. Audio Thessalas uestras, quos ament, ita cantionibus, ueneficijsq; percellere, ut ad aliā mulierē nullo animum pacto adijcere queant: quinimo sui desiderio ita inflammare, ut illas omnia sibi esse arbitrentur. hac in re mihi à te, siquidem Thessala

k es, o-

es, opem ferri uelim. Adolescens, quem heri mecum gradientem uidisti, maritum ais tuum? inquit tum callida Leucippe. Sic enim de familiari quodam didicerat: Quem maritum? inquit Melite. mihi quidem certè nihil amplius cũ illo rei est, q̃ cum lapide aliquo: sed mihi Leucippe quædam mortua præponitur (hoc enim nomine illã uocat) cuius neque edens, neq; bibens, neq; uerò etiã dormiens obliuisci potest: sed neq; huius unq̃ fecit, q̃ ego Alexandriæ illius causa menseis IIII morata sum, rogans, obtestans, pollicens, nihil præterea rerum, quibus allici posset, prætermittens: sed tanquã ferrum, stipes'ue, aut huiusmodi quiddam aliud sensu carens, preces meas nõ curat: uixq; tempori paret, id unum propè concedens, ut uidendo tantum se fruar. Testor autem Venerem ipsam, nocteis me quinque cum eo cubuisse, surrexisse'que non aliter quàm si cum eunucho aliquo iacuissem: ut statuam diligere me uidear, cui non nisi oculis, amato frui datum sit. Itaq; quod tu heri mecum egisti, te mulierem mulier rogo, ut aliquid mihi contra superbum istum auxilij feras: quò iam penè fugientem mihi animam reddas. His cognitis, Leucippe incredibilem uoluptatẽ cæpit, quòd Melitem à me spe sua frustratam cognouisset: herbasq; se conquisiturã, dum modò quærendi sibi potestas fieret, inquiens, rus profecta est. negare autem noluisse

cre-

crediderim, quòd fidem sibi à Melite habitum non iri existimaret. hac spe sibi ostentata, Melite animi curã remisit. iucundarũ enim rerũ expectatio, nedũ praesentia uoluptatẽ affert. At uerò ego horum omniũ ignarus animi pendebam: cogitabãq; qua ratione futura etiam nocte Meliten frustrari, ac Leucippen conuenire possem. nec enim mihi aliam ob causam elaborare uidebatur, ut rus se conferret, uesperiq; reuerteretur. Intera dum in Leucippes abitũ currus adornaretur, uixq; coenaturi ipsi accubuissemus, tumultus ingẽs, cõcursusq; repẽtinus iuxta aediũ partem illã, in qua uiri degebãt, exauditus est: euestigioq; seruorũ unus prae cursus festinatione spiritũ aegrè ducens, introiuit, Thersandrũq; uiuere atq; adesse nunciauit. erat is Melites cõiux, quẽ naufragio periisse putabãt. Atq; haec à nõnullis illius domesticis, q cũ eo nauigauerãt, fracta naui semotis, eũq; diẽ obiisse arbitrantib. fama dimanauerat. Vix aũt seruus ea locutus fuerat, cũ Thersander illũ subsecutus, coenaculũ subitò intrauit: accelerabat enim ut me, de quo sub ipsum statim aduentũ suũ omnia cognouerat, deprehenderet. Melite quanq̃ repentino casu turbata est, mari tũ tñ amplecti uoluit. sed eã ille magna ui repulit, in meq; oculos cõuertens, Hic'ne, inqt, adulter est? ptinusq; facto in me impetu, iracũdia exardẽs, plagam maxillae intulit: mox capillis abreptũ, atq; ad
 terram

terram proiectum totum uerberibus confecit. ego, quasi seclusis sacris interessem, nõ modò quis esset, aut quã ob rem me cæderet, nõ rogaui, sed ne uerbum quidem proferre ausus sum. Verùm id quod res erat mecũ reputans, & si maximè contrà niti poteram, tñ id facere ueritus fui. tandem cum ille uerberando, ego ratiocinãdo fessi essemus, surgẽs: Quis tu, inquam es? cur me tam contumeliose cædis? at ille, propterea quòd uocem misissem, iratior multo factus, manus iterũ mihi iniecit, uinculáq; & compedes poposcit: quibus constrictum me in cubiculũ quoddã cõiecit: interea factũ est, ut Leucippes epistola, quam fortè tunicæ adalligatam mecum gestabam, imprudenti mihi exciderit, eãq; Melite clàm susceperit, uerita ne qua ex suis esset ad me literis: sed non multo pòst, cum sola esset, tota de re, Leucippes nomine ineũto, certior facta, prorsus exanimata est: non tñ eam esse credidit, q̃ quã ruri compereramus: propterea q, sublatã è uiuis fuisse non semel audiuerat. Tandem uerò tota epistola perlecta, ueritateq́; iam clarius cognita, cùm uerecundia atque ira, tum amore atque obtrectatione oppressa, uarius in partes distrahi cœpit. Nam & maritum uerebatur, & literis non poterat non irasci, sed iræ alioqui opponebatur amor, qui obtrectatione auxilium sibi afferente uictor tandẽ euasit. quã ob rem cum aduesperasset,

set, ac primo illo ab impetu ad familiarẽ quendã suum Thersander se contulisset: Melite hominem, cui mei custodia credita fuerat, allocuta, ad me, clã alijs seruis, è quorũ numero duos ante cubiculi fores collocauerat, ingressa est: quem humi proiectũ cum offendisset, propius accedens, eodẽ omnia momento proferre uolebat, ipso nihilominus uultu quæcunq; dictura erat, præ se ferente. igitur, ô me inquit, infelicem, meamq; in perniciem te primũ conspicatam, quæ quod assequi non possim, tantopere appetam: ô penitus dementem, quæ mei contemptorem amore prosequar: quæ dolorib. excruciata excrucianti misericordiam tribuam, totq; mihi contumeliarum auctorem desistere amare non possim. ô uiri & mulieris par aduersus me conspirans: quorũ alter ludibrio me iandiu habet, altera herbas conquisitum abijt. me ne igitur ab infensissimis hostibus opem quærere, hactenus non intellexisse? hæc locuta Melite, Leucippes literas in me proiecit. Quibus agnitis, cohorrui statim, uultũq;, tanquã magni alicuius flagitij reus, deieci: Illa uerò amplius etiã flere ac cõqueri perrexit: Heu me tot malis afflictã. tua ego causa maritum amisi, nec tamẽ te frui posthac mihi licebit: quinimo aspectu etiam tuo, quo uno tantum à te dignata sum, breui mihi carendum esse intelligo. Atque ad hæc mala illud etiam accedit. tua enim causa me cõiux

odio prosequitur, atq; adulterij ream facit: & eius quidē, ex quo fructus ac uoluptatis nihil, infamiæ aūt plurimū ad me redundauit. Sanè aliæ mulieres ex turpitudine uoluptatē consequuntur: at miseræ mihi sola sine uoluptate turpitudo parta est. ô infidum, ô barbarū, ô pirata is immaniorem Clitophontem, te'ne mulierem tam impotenti tui amore deflagrantem, tam miserum in modum excruciari, æquo animo ferre posse, cum amori tu quoque deseruias? neque te diuinam Cupidinis iram timere? non faces eius, non arcana uereri? non lachrymis, quas oculi isti ubertim profuderunt, quibus'que uel prædones ad misericordiam alliciuntur, commoueri? Quid, quòd animum tuum non modò non pellexerunt preces meæ, ut semel saltem mihi morem gereres, sed ne ullum quidem idonei temporis opportunitas, aut mutuus complexus, aut aliud quidpiam apud te pondus habuerunt. Quinimo (quod omnium contumeliosißimum est) è complexu meo, ex ipsis dissuauiationibus æquè discedis atq; alia mulier. at quid hoc est, nisi nuptiarum umbra? Tu quidem certè non cum effœta aliqua, tuos'ue amplexus auersante cubuisti: sed & cum adolescente, & cum amante, addiderit uerò aliquis etiam & cum formosa. Eunuche, euirate, pulchritudinis contemptor, nunc ego immortaleis deos precor, tuis ut desiderijs contraria

omnia

omnia euenire uelint: quo in te quæ in me moliris, cuncta experiare. Hæc non sine lachrymis locuta Melite parumper conticuit. deinde ut me tacentem, atq; oculos humi desigentē animaduertit, animo penitus cōmutato, rursum, Quæ hactenus locuta sum, inquit, suauißime adolescēs, ira & mœror suggeßit: nunc ad dicendū me amor impellit. Quî uerò potui non irasci, & conuicia in te ingerere, cum tota arderem, intimasq; corporis partes miserrimum in modum ignis popularetur? ah saltem nunc mihi morem gere: Non ego dies multos, aut nuptias diuturnas peto, quarum ipse misera me hactenus produxisti. Vnicus mihi satis erit congressus, uel tantula ope mihi ad tanti morbi uim depellendam opus est. Agedum ignem hunc mihi aliquantum restingue: ac, si quid in te asperius antea locuta sum, ignosce, obsecro, gratißime adolescens. NON enim potest, qui infeliciter amat, non insanire. Nec uerò me fugit, quàm turpem causam agam: ueruntamen amoris arcana palàm facere haudquaquam pudet. Memorem hominem, quoq; pacto affecta sim intelligentem, alloqui me scio. Alijs dei huius tela ignota sunt. Solis enim amantibus, præterea nullis, amantiū uulnera innotescunt. Hæc mihi adhuc superest dies, qua ut promißa facias, obtestor. Isidis tibi ueniat in mentem, neque quod in illius
 tem-

templo iurasti, flocciseceris. q. si, ut inter nos iureiurando firmatum est, promissis stare uoluisses, non equidem Thersandros mille curauerim. Cæterum quoniam Leucippe inuenta nullo fieri pacto potest, aliam ut ducas, per me quidem fac, ut lubet. mihi enim cedendum esse intelligo: iamq; amplius nihil, nisi quod me consequi posse arbitror, peto: quandoquidem mihi omnia bellum indicunt, ac mortui etiam ipsi ab inferis excitantur. ò mare, tu certè nauigantem seruasti, uerùm seruando maiores in ærumnas coniecisti, duobus mortuis meam in perniciem aduectis, quasi non una Leucippe satis esset. Sed uiuat sanè illa, ne Clitophon in mœrore iaceat. Illud uerò quis ferat, impium Thersandrum nunc rediisse? me uidente hominem percussisse, miseram'que opis nihil ferre potuisse? Adhuc quidem, Dij boni, facies tota liuoribus fœdata conspicitur. Cæcus tum, puto, Thersander fuit. Sed te, ò here Clitophon (tu enim animæ imperium meæ solus obtines) id unum rogo, hodie saltem ut mihi te primum & ultimum concedas. Parua hæc mora multorum apud me dierum loco erit: sic neque tu Leucippen amiseris: neque illa uel falsam mortem obierit. Ne meum amorem neglexeris: cuius causa cùm alia commoda plurima,

tum

tum Leucippen ipsam es consecutus. nisi enim ego te amassem, hucq; produxissem, mortuam utiq; Leucippen adhuc arbitrareris. Fortunæ uerò etiam benignitati aliquid est quod acceptum ferri deceat, cum thesaurũ nescio quis inuenisset, locum in quo inuenit, in honore habuit, aram consecrauit, libamina obtulit, telluremq; coronauit. Tu uerò amatorio thesauro apud me reperto non modò gratiam non refers, uerumetiam beneficij auctorem spernis. Hæc autem mea causa tecum Amorem loqui existima. Id mihi tuæ militiæ antesignano concede Clitophon, ut ne hinc Melite intacta discedas. meus ignis est, qui eam urit. itaq; deo pare Clitophon, siquidem cætera tua mihi curæ esse cupis. à uinculis mediusfidius, tametsi Thersandro id minimè uideatur, te nuncnunc soluam: cubiculumq; in quo tandiu cum eo, qui mecum unà lac hausit, degas, quandiu uoles, tibi adornatum dabo. Leucippen uerò cras prima luce tibi affuturam expecta. Ruri enim pernoctare se uelle dixit, ut herbas ad lunæ aspectũ colligeret, ita de me ludi factisunt: ab ea enim tanquam Thessala opem contra te imploraui. nam spe frustrata quid facere amplius potui, quàm ad herbas & medicamenta, quæ miserorum amantium solatia sunt, confugere? Nunc, ut istum etiam timorem deponas, Thersander iratus domo ad familiarem quendam suum se contulit, ut

deus aliquis hinc illum eiecisse mihi uideatur, quo postrema hæc à te liberè consequi poßim. agedum tandem igitur tui mihi copiam fac. Hæc Melite cum disseruisset (Amor enim eloqui etiam docet) *uincula soluit: manusq; meas exosculata, oculis primùm suis, deinde cordi admouit, ac,* Vides'ne, *inquit, ut salit, ac semet uibrans aßiduè palpitat, metus & spei simul (utinam uerò etiam uoluptatis) plenum, ut trepidatione huiusmodi orare te uideatur?* Posteaq; *uinculis solutus sum, mulierq; flens me complexa est, humani quiddam perpessus sum: atq;, ut ingenuè fatear, ne mihi* Amor *irascere tur, extimui, præsertim quòd recuperata* Leucippe, Meliten *paulo pòst dimissurus essem, & quæ factæ fuerant, nuptiæ non essent: sed tantum ægrotantis animi quasi medicina quædam. amplexantē igitur deosculantemq;, pari amplexu, deosculationeq; accepi: atq; haud ita multo pòst desiderij eius expectationem omnem expleui, nobis neq; strato, neq; alium ullum ad uenerem apparatum requirentib. amor enim suiipsius artifex est, & quæ opus sunt ex tempore afferens, ad sua ipsius arcana quemuis accommodat locum.* Illud porrò certis- *simum est, imparatam uenerem parata longè suauiorem esse, utpote quæ germanam secum ferat uoluptatem.*

Liber

Liber sextus.



Ostea quàm Melites ægrimoniã subleuaui, Quónã modo, inquã, tutam mihi ad abeundũ uiam, & cætera, quæ de Leucippe pollicita es, præbebis? Tum illa, Ne uereare inquit, quod quidem ad Leucippem attinet, sed eam te iam recipisse puta. ornatũ hunc meũ indue, faciemq; uelo obuolue. Melantho ad ostium, qua in uiam patet egressus, te comitabitur. illic adolescens tibi præstò erit: qui, sicut ei præscripsi, ad Cliniam te, Satyrumq; perducat. Leucippe autem non multo pòst tibi aderit. Quæ cum dixisset, eo me, quo se ipsam consueuerat, modo adornauit, dissuauiásq;, Quanto, inquit, formosior es in stola. talem ego quidem in pictura olim Achillem uidi. Cæterùm anime mi Clitophon, ut ualeas, etiam atque etiam cura: & pallam hanc apud te mei monumentum serua, tuo uicissim mihi pallio relicto, quo indutatus quasi amplexibus detineri uidear. Tum mihi aureos nummos centum dedit: accersitaáque Melanthone (erat hæc ancillarum omnium fidissima, cui uni ianuarum custodia credebatur) quid me fieri uelit, docet: deinceps ad se reuerti iubet. Ego simulatque muliebri ornatu amictus, cubiculo exiui, custos'que heram me esse ratus, id ei annuente Melanthone, secessit, per

remotiorẽ domus partem iter faciens, ad portam quandam desuefactam perueni: ubi me destinatus à Melite adolescens libertinus ex ijs qui nobiscum nauigauerant, mihi alioqui etiam gratus, accepit. Postea uerò quàm reuersa Melantho cubiculum, quod uixdum clausum fuerat, aperiri iußit, meūq; abitum heræ nunciauit, illa custode ad se uocato (qui, sicuti credibile est, re maximè præter opinionem perspecta, iuxta adagium, PRO VIRGINE CERVA, stupore oppressus obmutuerat) Mihi quidem, inquit, dubium non erat, ne non Clitophontem dimitteres. Sed eò artificium istud excogitaui, quò esset tibi apud Thersandrum excusationi locus, utpote qui non cognoueris. aureos autem nummos decem tibi Clitophon, si hic expectaueris, muneri mittet: quanquam si de fuga cogites, tutius omnino rebus cõsulueris tuis. Tum uerò Opasion (id erat custodi nomen) Atqui, ò hera, inquit, nihil mihi magis probabitur quàm quod tu suaseris. Itaq; mulieri placuit, ut aliquò profugeret: nec antè reuerteretur, q̃ turbæ illæ & mariti ira sedata esset. atq; ita quidem ille abijt. Sed nihilo quàm antea mitior fortuna mihi rursum insidiata est, nouumq; periculum creauit. Thersandrum enim, qui ab amico, ad quem diuerterat, ne procul ab uxore cubaret suasus, à cœna domũ reuertebàtur, abeũti mihi obuiã misit. Celebrabãtur forte fortuna Dianæ

festi

festi dies, & ebriorum plena erant omnia, integramq; noctem mortaliũ ingens multitudo forum totum percursabat: quod unum ego rationibus meis maximè obstare arbitrabar, nesciens aliud mihi longè grauius infortunium imminere. nam Sosthenes, qui Leucippen emerat, ab agrorum administratione abstinere iussus, herum adesse intelligens, non modò ab ea non abstinuit, uerumetiam de Melite uindictam sumere cupiens, me primùm Thersandro prodidit, utpote qui delator esset, deinde alia complura de Leucippe appositè admodum ementitus est. Eius enim potiundæ simul atq; spem sibi ereptam uidit, hero lenonis operã præstare aggressus est, ut eum à Melite abalienaret. itaq; puellã ò here, inquit, emi forma bona sic, ut cogitatione cõprehendi nequeat: de qua narrãti mihi æquè ac cernenti tibi credas uelim, hanc ego tibi asseruabam, quẽ uiuere audiuissem. id quod tametsi credere me iuuabat, cuiquam tamen palàm facere nolui, eo uidelicet consilio, ut heræ turpitudinem manifestò cognosceres, ac ut ne tibi peregrinus impudensq; adulter illuderet. Heri autem solùm eam Melite à me uindicauit, ac missam facere cogitat. sed tantã pulchritudinẽ tibi fortuna seruat, quo ea solus potiare: illa enim ruri etiam nunc degit, nec quam ob rem eò missa sit, satis intelligo. igitur si tu ita censes, illam prius, quàm ad heram reuertatur, alicubi

clausam

clausam tibi dabo. quod cum probasset, fieriq; iussisset Thersander, Sosthenes quamprimum rus abijt: ui soq; tugurio, in quo puella erat pernoctatura, duobus accersitis operarijs, ancillas, quæ cum illa erant, circumuenire, & quàm longissimè, quasi colloqui cuperent, demorari iubet. Ipse alijs duobus secum ductis, statim ut solam conspicatus est, impetu facto, manibusq; ori eius admotis, mediam comprehendit: seorsum'que ab ancillis asportans occultam quandam in domum conclusit, Magnum ad te, inquiens, bonorum cumulum affero. Te autem illud spectare par est, ut ne postea, quàm fueris assecuta, mei obliuiscaris. Nec uerò raptum hunc extimescas, néue in perniciem tuam factum putes: quoniam quidem hic tui amantem herum meum tecum familiaritate coniunget. Leucippe insperata calamitate hac percussa, obmutuit. Sosthenes Thersandrum, qui tum fortè domum reuertebatur, conueniens, quid, egisset renunciauit: ac Leucippes formam laudibus in cœlum tulit. quo factum est, ut Thersander ex eo sermone summæ cuiusdam pulchritudinis speciem animo concipiens, cum nocturnis ludis finis impositus nondum esset, rúsque illud ab urbe non amplius 10 passius distaret, præire illum iubens, ad puellam profecturus erat. Interea Melites uestitu

ornatus

ornatus ipse, imprudenter euntibus illis occurrit: meq; statim agnito, primus Sosthenes, En, inquit, bacchantem adulterum, & tuæ uxoris ornamentis indutum. Ac tunc adolescens, qui fortè præcedebat, re cognita, nec ullo præ timore, ad me commonefaciendum tempore sumpto, in fugam se dedit. ego statim ab illis comprehensus sum: Thersanderq; clamorem attollere cœpit. Quapropter uigilum multitudo affluere, ille magis magis'que crimen augere, dicenda tacendáque pariter inculcare, adulterum ac furem identidem appellare. Tandem me in carcerem contrudit: nomenq; meum de adulterio defert. Sed horum nihil me penitus commouit, non uinculorum ignominiæ, non nominis delatio: confidebam enim argumentis conuicturum, me adulterum nequaquam esse, propterea quòd nuptiæ palàm factæ fuerant. Illud me magnopere angebat, quòd Leucippen reuera nondum recuperaueram. PORRÒ malorum præsagus animus est, bonorum nequaquam. itaque nihil mihi tum sani de Leucippe in mentem uenire poterat: sed erant suspecta omnia, omnia pauoris plena: ipséque animo perculso & penitus abiecto, maximo in mœrore uersabar. Thersander simul ac me in custodiam tradidit, ad Leucippen cum Sosthene alacriter admodum profectus est: domumq;

domumq; ingressus humi iacentem, ac Sosthenis di cta mente agitantem inuenit, nec minus animi ægritudinem, & pauorem uultu præ se ferentem,
„ ut illud mihi nō rectè dictū uideatur, MENTEM
„ omnino cerni non posse: in uultu enim tanquam in
„ speculo, perfectè cernitur. Nam si læta fuerit, ipsa procul dubio lætitia in oculis relucet: sin uerò tristis, cōtrahitur frons, ægrimoniamq; ipsam refert. Cæterùm Leucippe cum primum ualuas aperiri sensit, uixdum oculis in eos coniectis (aderat autem lucerna) uultum statim demisit. At Thersander uisa pulchritudine, quæ ex oculis eius, tanquā flamma nubium conflictu expressa, repentè affulserat, euestigioq; euanuerat (sunt enim oculi præcipua pulchritudinis sedes) confestim exarsit: obtutuq; illo uictus mulierem, rursus ne oculos in se con ijceret, obseruare cœpit. uerùm cum illam nihil aliud, quàm terrā, intueri uideret, Quousq;, inquit, lumina humi tua defixa erunt? quousq; tantam oris tui pulchritudinem ad terrā referre perges? quin hanc potius ad oculos meos refers? Tum Leucippe his auditis lachrymas profudit, peculiari sanè, ac germano quodam suo decore cumulatas. LA-
„ CHRYMA enim oculos excitat, ac proteruiores efficit: & si deformes atq; agrestes fuerint,
„ eorum deformitatem auget: sin contrà iucundi, ni-
„ gramq; aciem candore sensim conuestiti, cum la-

chrymis

lachrymis humescunt, tumidulæ mammæ fonti as- ‟
similantur. manante quinetiam circa sinum salso ‟
earum humore, pars candida pinguescit, nigra ue ‟
rò purpurascit: atq; hæc uiolæ, illa narcisso similis efficitur. quòd si oculorum intra orbes lachrymæ contineantur, risum præse ferunt. Eiusmodi ergo Leucippes lachrymæ cum essent, facile mœrorem decore suo uincere potuerunt: quinimmo si postea, quàm exciderant, conglaciassent, electri nouum procul dubio genus habuissemus. Thersander igitur dum uirginis pulchritudinem, tristitiamq; contemplatur, altera in admirationem raptus, altera ira cumulatus est, eiusq; oculi lachrymis repleti sunt. ita enim natura comparatum est, ut lachrymæ, muliebres præsertim, uidentes ad misericordiam moueant: eoq; uehementius, quo recentiores fuerint. quòd si mulierẽ formosam, & eum qui spectet, amatorem esse contingat: tunc uidentis oculi nequaquam quiescunt, sed lachymas ipsi quoque profundunt: pulchritudo enim, quæ in formosarum mulierum oculis præcipuum locum obtinent, ab ijs in spectantis oculos dimanat, lachymarúmque uim educit: atque ita fit, ut amator utrumque excipiens, illam animo hauriat, has oculis seruet, quas dein conspici optat, nec eas, tametsi poßit, abstergere curat: immo luminum motus inhibet, lachrymasque intra

sinum, quandiu potest, continet: illud uidelicet timens, ne antè delabantur, quàm ab amata uisæ fuerint: id enim capti amore animi signum esse arbitratur. huiusmodi quiddam Thersandro quoque accidit. fleuit enim tum ut ostenderet humano quodam, uti credibile est; se desiderio moueri, tū ut à Leucippe gratiam iniret, tanq̃ scilicet ideo fleret, quia flentem ipsam uidisset. Itaque ad Sosthenem conuersus, Tu nunc puellæ huic, aliquam, inquit, consolationem affer. quanto enim in mœrore iaceat, uides. Ego, tametsi inuitus, hinc tamen recedam, ne illi molestus sim. pòst, ubi mitiorem factam esse audiuero, eam alloquar. Tu interea bono animo sis, mulier: dolorem enim istum tuum quamprimum abstergebo. Deinde egressus, Sostheni rursum, Caue, inquit, ne, nisi quod deceat, de me loquaris. atque ut cras prima luce ad me, re bene gusta, redeas, cura. Interea Melite continuo pòst, quàm à me discessit, adolescentem rus ad Leucippen misit: qui eam ad reuersionem urgeret, nullis amplius pharmacis opus esse nuncians. Ille statim profectus, cum ancillas puellam quærenteis, ac propterea quòd nusquam apparebat, ualde perturbatas offendisset, maxima cum festinatione reuersus, heræ factum renunciauit. Quæ me in carcerem conclusum, Leucippen uerò abductam intelligens,

curarum

curarum mole obruta est. Ac quanquam rem, uti se haberet, certò scire non poterat, culpam tamen omnem in Sosthenem reijciebat. Leucippen itaque palàm perquiri uoluit: atque ut Thersandro, culpa carere se, persuaderet, sermonem, qui ambagibus inuolutam ueritatem continebat, artificiose admodum excogitauit. Nam cum ille domum reuersus, iterum exclamaret, Tu mœchum eripuisti, tu è uinculis exemisti, tu domo emisisti: cur non igitur illum sequeris? Quid hic moraris? quin ad amatorem tuum proficisceris, ut arctioribus eum cathenis constrictum uideas? Tum Melite, Quémnam, inquit, mihi adulterum nominas? Sanus'ne es, qui hæc dicas? Tu si rem omnem, furore posthabito, audire uolueris, ueritatem facilè cognosces. Vnum tantum te rogo, æquum te mihi iudicem præbe: auribus'que calumnia uacuis, ac ratione iræ loco adhibita, audi. Adolescens hic neque adulter, neque coniunx meus est: sed genere Phœnix, & Tyriorum nulli secundus. Is cum nauigaret, aduersa admodum fortuna usus est: quippe omnes eius merces naufragio consumptæ perierunt. Quod ego cum audiuissem, calamitate hominis commota sum. Interim tui memor, atque hospitio accepi, mecum illud cogitans, fieri

potuisse, ut tu quoque sic errares, tuamq; calamitatem mulier aliqua subleuaret: aut si reuera in undis, ut fama fuit, diem obijsses, non impiè me facturam, si naufragis omnibus misericordiam tribuissem. Nam quot alios me naufragos subleuasse putas? quot undis submersos sepulturæ mandasse? si modò lignum è naufragio ad terram delatum nancisci potui, Mecum inquiens, fortè hac naui Thersander uehebatur. Ex ijs autem, qui pelagi uim effugerunt, unus hic, & quidem postremus fuit: quem dum ego honore affeci, quid aliud, quàm in te officiosa fui? nauigauit ille quemadmodum etiam tu: iccirco eius calamitatem tanquam tuæ imaginem, charissime coniux, miserata sum. habes quo pacto illum huc mecum perduxi. Porrò autem is uxorem suam lugebat, illam, quanquam falso, perijsse ratus: cum tandem nescio quis eam uiuere, atque apud unum è procuratoribus nostris (Sosthenem autem nominabat) diuersari nobis retulit: rem'que ita se habere omnino compertum est. Rus enim profecti, mulierem inuenimus: atque hac de causa me ille secutus est. Habes Sosthenem, mulier ruri est. De ijs omnibus tuo arbitratu percunctare. Si quid mentitum esse me compereris, adulterij ream agas licet. Hæc Melite dicebat, Leucippes raptum scire se dissimulans, atque in animo habens,

bens, si quidem facti ueritatem indagare Thersander studuisset, ancillas, quib. cũ Leucippe abierat postridie mane reuersura, testeis dare, puellam nusquam reperiri dicturas. Nec enim aliam illam ob causam perquirendæ puellæ operam dabat, quàm ut Thersandrum ad credendum, quæ locuta fuerat, induceret. Quinimmo, quanquam satis appositè respondisse uidebatur, tamen illud etiam addidit: Neque uerò coniux, quæ dixi, falsa esse putes: meminisse enim potes quàm incorruptè antea, dum simul ætatem egimus, uitam duxi, quam ob rem probri me nunc à te insimulari, periniquũ est. Fama autem hæc ex honore adolescenti habito exorta est, eo quòd multos lateret causa, quam ob rem meam illum in familiaritatem receperim. quòd si famæ credendum sit, ánnon tu quoque naufragio submersus obijsse putandus esses? CALVMNIA enim & fama duo
" sunt sibi cognata mala, nimirum quia hæc illius fi-
" lia est. Atque illa quidem gladio acutior, igne ar-
" dentior, & ad persuadendum Sirenibus aptior
" est: hæc uerò aqua fluxior, uento celerior, & per-
" nicior alis. quam ob rem sermo cum à calumnia
" emissus fuerit, sagittæ in morem euolat, absen-
" témque, in quem mittitur, uulnerat. qui uerò au-
" dit, facilè admodum credit, iráque accensus in
" uulneratum furit. At fama ex uulnere huiusmodi

multiplex quidem statim diffunditur: & sermonis uento acta, linguæq; pennis interim sustentata, omneis in partes circumfertur, in obuij cuiusq; aures illabens. Hæ contra me duæ pestes conspirauerunt: eædem animum nunc tuum occupāt, meósque ab auribus tuis sermones arcēt. Quæ cum Melite dixisset, apprehensam Thersandri manum dissuauiari uoluit. Ille quoque dictorum uerisimilitudine motus, de concepta ira aliquantū remisit, ut pote cui quæ de Leucippe narrata erant, à Sosthenis oratione non aliena suspicionis partem ademissent: non enim omnia prorsus credere uoluit: propterea quòd obtrectatio, ubi semel in animū alicuius incidit, non nisi difficiliter extrudi potest. Cæterùm Thersander puellam, quam deperibat, uxorem meam esse audiens, mirum in modū perturbatus est: maiusq; in me odium concepit. Sed tamen percunctaturum se affirmans, itáne, uti audiuerat, res haberet, cubitum solus abijt. Melite interea mœrore conficiebatur, quòd quæ mihi promiserat, facere se non posse intelligeret. At Sosthenes Thersandro, ut aliquantisper abesset, dimisso, multa de Leucippe pollicens, ad eam rursum profectus est: uultuq; hilaritatem præseferente, Prosperè omnia, inquit, ò Lacæna succedent: Thersander enim eousque te diligit, ut insaniat: fortè uerò etiam in uxorem ducet. id autem mea unius opera

fieri

fieri credas uelim: qui tuam illi pulchritudinem suprà quàm cogitari poßit, commendaui, téque in medullis eius penitus infixi. flere itaque desine, ac bono animo esto. Veneríque hanc ob felicitatem sacra facere perge. Sed, ut mei quoque tibi ueniat in mentem, cura. Tum Leucippe, Talis, inquit, faxint Dij, ut felicitas tibi eueniat, qualem mihi nunciatum uenis. Sosthenes irrideri se minimè ratus, sed illam ex animo loqui existimans, Atqui nunc, inquit, Thersandri conditionem, fortunámque, quo magis etiam tibi lætandum scias, commemorare uolo. Itaque hoc pro certo habe, Melites eius quam ruri allocuta es, maritum illum esse, Ionum omnium genere primum: sed cuius genus diuitiæ, diuitias mansuetudo uincat. Nam quid ego de eius ætate loquar? tu enim iuuenẽ, prætereaq; formosum esse uidisti: quæ duæ res à mulieribus quàm maximè expetuntur. Hic tum Leucippe nebulonem Sosthenem diutius non tulit: sed, Quousque tandem, inquit, belluarum omnium peßime, aureis meas impura tua oratione fœdare perges? Quid mihi cum Thersandro? Formosus sit Melitæ, diues sit patriæ, mansuetus & magnanimus sit ijs qui eius opera eguerint. nihil enim mea refert, siue Codro nobilior, siue Crœso ditior existat. Quid mihi alienarum laudum cumulum recenses?

ſanè Therſandrum uti probum uirum tunc laudato, cum alienis uxoribus iniuriam afferre deſinet. tum ſerio loquens Soſthenes, Igitur, inquit, iocaris? at illa, Quid, inquit, iocer? ſine mea me fortuna, & trahente me fato frui: ſcio enim me inter piratas eſſe. Ille autem, Immedicabili mihi uideris, inquit, inſania detineri. Piratarúmne tibi locus hic uidetur, ubi coniugem, diuitias, oblectamenta nanciſcaris? cum'que præterea uirum, quem adeò diligunt Dij, ut ex ipſis mortis faucibus eripuerint? atque ſumpta hinc dicendi occaſione naufragium recenſuit, diuina ope factum inquiens, quòd euaſerit, ac non diſsimilia propemodum ijs quæ de Arionis delphine poetæ fabulãtur, comminiſcens. Quibus cum nihil Leucippe reſpondiſſet, Soſthenes iterũ, Quid tua è re ſit, inquit, mẽte circumſpice, & huiuſmodi quicquam Therſandro reſpõdeas, caue, ne hominẽ manſuetũ irrites: qui cum ira permouetur, ferri nequit. IS ENIM, cui manſuetudo ineſt, ſi in mite ingenium incidat, manſuetiorem etiam ſe præſtat: ſin uerò cum inhumano congrediatur, implacabili efferueſcit iracundia. Natura enim ita comparatum eſt, ut in quo ad benemerendum uigeat alacritas, ei ad ulciſcendum acerbitas non deſit. Ac de Leucippe quidem hactenus. Clinia, Satyrus'que, ſimul ac me in coſtodiam datum eſſe audiuerunt

diuerunt (omnem enim rē eis Melite narrauerat) noctu ad me in carcerem statim se contulerunt, unà mecum illic degere parati: uerùm carceris custos non permisit, quinnimo eos uel inuitos quàm celerrimè abire iussit. Ego uerò id tum ab eis petij, ut cum primùm Leucippen rediisse cognouissent, ad me reuerterentur. Interea Melites promissa mente agitans, spe metuq; angebar: ac timori spes, & spei timor coniunctus erat. Postea autem cum iam dies illuxisset, Sosthenes ad Thersandrū, Satyrus ad me reuersus est. ac Thersander quidem Sosthenem quid de Leucippe fecisset, ad morem'ne sibi gerendum persuasa esset, interrogauit statim. Ille autem suppressa ueritate, nescio quid aptè sanè commentus, Negat quidem illa, inquit, uerùm id ego ex animo proficisci non puto: nam contumeliam tantum timere mihi uidetur, ne uidelicet se, cum semel potitus fueris, eijcias. Tum ille, Atqui quod ad hanc rem, inquit, attinet, formidare desinat. Etenim, ut ingenuè fatear, tam altas desideriū eius meo in corde radices egit, nullo ut unquam tempore inde auelli possit. illud tantummodo uereor, ac scire aueo, sit'ne uerè adolescentis eius, uti mihi à Melite narratum antea fuit, uxor. Hæc ultrò citroq; colloquentes ad Leucippes domunculam peruenerunt. quam cum ad miserabilem sonū uocem inflectentem procul sensissent, taciti ante

 fores

fores clàm consederunt, ut quæ loqueretur, exaudirent. sola enim secum ita propemodum lamentabatur: Hei mihi ò Clitophon (id autem nominis crebrò repetebat) neq; tu ubi sim, aut quo in loco custodiar, nosti: neq; ego quæ te fortuna habeat, satis scio: sed alter alterius rerum ignarus miserã uterq; uitam uiuimus. Nunquid uerò te domi Thersander deprehendit? nunquid tu quoq; contumeliã passus es? mihi quidem non semel in animo fuit Sosthenem de te interrogare: uerũ quo modo id tutò facerem, non inueniebã. Si enim ut de cõiuge meo rogassem, metuendũ fuit, ne inde aliquid periculi tibi conflarem, Thersandrum in te concitando: sin ut de hospite aliquo, hinc etiam suspicioni locus esse poterat: qui enim mulier de ijs quæ ad se non pertineant, sollicita sit? sed quid ego hæc loquor? Imò uerò ad rogandum me quàm sæpißimè comparaui: nec tamen ad id linguam inducere unquam potui: uerùm ita tantummodo mecũ querebar: Marite Clitophon, unius Leucippes fide, & constans marite, quẽ alia nulla cũ eo etiã cubans mulier pellexit, quanquã id ego amoris iam propemodũ affectu uacua nõ credidi, téne ego tanto pòst tempore ruri cõspicata deosculari cessaui? Sed quid'nam Thersandro, si fortè rursum interrogaturus adsit, respondebo? nunquid detracta persona, rei totius ueritatem omnem adaperiam? Ne me uile mancipiũ Thersander existimes, Byzantiorũ exercitus

ducis filiam & Tyrij adolescentis uiri primarij uxorem esse scias. Ego nec Thessala sum, nec Lacænæ mihi est nomen. piratica hæc contumelia est, per quam nomen etiam mihi ademptum fuit. coniux mihi est Clitophon, patria Byzantium, pater Sostratus, mater Pãthia. hæc respondenti mihi tu minimè puto, credes. ipsa quoq; si credas, illud uereor, ne importunum libertatis meæ desideriũ charißimũ coniugẽ meũ perditum eat. agedum igitur suppositítiã personã rursus induã, Lacænamq; me iterũ simulabo. His auditis Thersander paulum recedens, atq; ad Sosthenem conuersus. Audistine inqt, nõ credendũ sed tñ amoris plenũ sermonẽ? ut multa dixit? ut grauiter cõquesta est? cur seipsã incusauit? mihi omnino adulter præfertur. Latro iste, opinor, ueneficus etiã est: eum Melite amat, eũ amat Leucippe. utinã ego Clitophõ, ò Iupiter, fieri poßim. Tũ Sosthenes, Haudquaq̃ ò here, inquit, labori cedendũ est: sed potius puellã adeundũ. nec uerò moueat te, q flagitiosum adulterũ istũ nũc diligat. illũ enim tãdiu obseruatura est, quandiu alterius consuetudine caruerit. q si tu in illius locũ semel succedas (longè homini pulchritudine antecellis) cum penitus obliuioni tradet. " PRIOREM enim flammam nouus ignis extrudit: & " mulierum ea natura est, ut præsentes maximo- " pere ament, absentium uero non, nisi tantisper " dum

» dum alio carent, reminiscãtur. Itaq; simul ac alter
» accesserit, prior animo prorsus eijcitur. Tunc deiectum animum Thersander erexit. QVAE
» enim uerba optatæ rei cõsequendæ spẽ ostendũt,
» credi perfacile solent: quod eo fit, quia concupi-
» scens animi pars, optata re sibi comite adiuncta,
hominem ad sperandum compellit. Thersander igitur post ea quæ sola secum Leucippe locuta fuerat, aliquantisper immoratus, ne quid exaudisse uideretur, uultuq; ita, ut se tractabiliorem uisum iri sperabat, composito, ad eam tandem ingressus est. in quam oculos uixdum coniecerat, cum desiderio totus exarsit, utpote cui longè, quàm prius, formosior esse uisa est. Ignis enim tota nocte (quo tempore à puella absuit) enutritus, ipso puellæ aspectu materiam flammæ suggerente, recanduit statim: parumq; abfuit, quin procumbens illam amplexaretur. sustinuit tamen se paulum, eiq; aßidens alia ex alijs uerba, inania planè, inter seq; minime cohærentia effutire cœpit (id quod amantibus usu uenire solet, si quando cum amica ijs sermonem habere contingit. neq; enim in loquando mentem adhi
» bent: sed animo in illam intento, ore tantum, ul-
» lo absq; rationis moderamine uerba inaniter fun
» dunt) atq; inter loquendum brachio collo, tanquã osculaturus, iniecit. quod præuidens Leucippe, uultum demisit, in sinuq; occuluit. Ille autem in com-

plexu

plexu nihilominus perstans, puellæ ut suauiandam se præberet, instare: puella contrà faciem magis magisq; obtegere, osculaq; pernegare. Verum cũ luctæ huiusmodi temporis satis datum esset, amatoriæ cuiusdam rixæ cupiditate incensus Thersander, læuam manum mento subdidit, dextera capillos apprehendit, ac summa ui, ut eam altè spectare cogeret, trahere orsus est. Tandem cum siue assecutus, siue non, seu etiam defessus, uim afferre desisset, Leucippe ad eum. Neq; ut liberum, inquit, neq; ut generosum uirum decet, facis: sed Sosthenem ipse quoq; imitaris, dignum planè domino seruum. quare desine iam, neq; te quicquam adepturũ spera, nisi fortè in Clitophontem è Thersandro conuertaris. quæ cum ille audiuisset, uix sibijpsi constitit: ita amore atq; ira æstuabat. AMOR autem, " atq; ira faces animi duæ sunt: suum enim ira ignem " habet, amori quidem natura contrarium, potentia " uerò persimilẽ. nã altera odio, alter beneuolentia " prosequi cogit. Vicina etiam utriusq; eorum ardoris sedes est: illa enim in iecore, hic in corde inhabitat. " Hominem igitur ambo cum occupa- " pauerint, animus eius libra quædam fit: qua utriusq; ignis expenditur. atq; alter alterũ impellere " conatur. plerunq; autem amor superior euadit, cũ " scilicet quod concupierat, adipiscitur. Sin autem " negligi se animaduertat, iram sibi auxilio aduo- "

cat:

,, *cat: quæ utpote uicina, uocãti præstò adest, unaq́;*
,, *tum ambo ignem exuscitãt. quòd si amorẽ ira se-*
,, *mel pessundet, ac domo sua, ut natura infida est, e-*
,, *ijciat, tantũ abest ut ei tanq̃ amico ad assequenda*
,, *optata opem ferat, ut etiã tanq̃ seruũ uinculis co-*
,, *erceat: neq; cum amato amplius in gratiã tametsi*
,, *maximè uelit, redire patiatur. quo fit, ut ui huius-*
,, *modi oppressus amor succũbat, propriũq; ad impe*
,, *riũ reuerti cupiens minime poßit, sed amatũ odisse*
,, *compellatur. At uerò ubi satis superq; se ipsam i-*
,, *ra excruciauerit, licentiæq; plena exundauerit,*
,, *præ satietate tandem ægrescit, ægrescensq́; remit*
,, *titur. Amor autem uires denuò sumit, desideriũq́;*
,, *in aciem producens, iram iam cedentem sede sua*
,, *exturbat: dein animo reputans quàm contumelio*
,, *se in amatum bacchatus fuerit, mœret, ac sese*
,, *purgat, iterum'que ad familiaritatem inuitat, i-*
,, *ram uoluptate iam delinitam esse affirmans.*
,, *Voti ergo compos amor mitescit, neglectus au-*
,, *tem iræ se arbitrio totum permittit. quæ si fortè*
,, *sopita fuerit, excitatur, atque, ut antea, sæuit.*
,, *Amoris enim contemptum ira semper ulcisci-*
tur. Thersander igitur initio uoti quidem com-
potem futurum se ratus, Leucippæ totum se de-
diderat: uerùm ubi spe frustrari se animaduer-
tit, conceptarum animo uoluptatum oblitus, puel
la in mmaxilla percußit, Mancipium, inquiens,

im-

improbum, atq; omni prorsus libidine elatum, omnia enim de te mihi comperta sunt. ánnon igitur boni consulis, me tecum loqui? ánnon magnam felicitatem arbitraris herum tuum suauiari? quinetiã quod opere maximo expetis, dissimulas: uultumq; ad desperationem cõponis: sed ego te meretriciã uitã hactenus duxisse reor, quæ adulterũ hucusq; secuta sis. At tu quando in amicũ recipere me negas, dñm iamiã faxo ut experiare. Tũ Leucippe, Si tyranũ, inquit, tibi agere cordi est, ut potero, ferã, modò ne pudicitiã eripias. Atq; ad Sosthenẽ conuersa testare, inquit, etiã tu quo animo cõtumelias feram: scis enim maiore à te cõtumelia me affectã fuisse. Tum uerò Sosthenes, ut qui manifestò in noxa iam teneretur, rubore perfusus, Hanc ô here, inquit, loris eousque cædere oportet, dum tota rubeat, modis'que omnibus excruciare, ut heram posthac contemnere desinat. Sostheni tuo, inquit Leucippe, Thersander pare (perbellè enim consulit) ac tormenta, quæ lubet, parari iube. minimè certè deerit, quo uestram crudelitatem expleatis, siue manus rota distrahere, siue loris cædere, siue flammis torrere, seu etiam ferro iugulare in animo sit. Nouum proculdubio certamen uobis edetur. aduersus enim supplicia omnia uel sola fœmina pugnabit, uictrixq; discedet. At etiam Clitophontem adulterum uocas, adulter ipse cum sis.

sed

sed heus tu, annō Dianā tuā uereris, uirginē in uirginis ciuitate uitiare conatus? Quid tuæ nūc ô dea sagittæ cessant? Te uirginem? inquit Thersander: *ô ridiculam audaciam, uirginem te, quæ cum piratis etiam de nocte fueris? quid? eunuchíne, obsecro latrones tibi facti sunt? an prædonum receptaculū in philosophorum scholam euasit? aut ex ijs nemo qui oculos haberet, repertus est?* Tum Leucippe, *An post uim, inquit, mihi à* Sosthene *intentatā uirginem hactenus me seruauerim, ex eo ipso sciscitare: qui reuera in me prædonem egit.* Piratæ *certè uobis modestiores fuerunt: nullus enim eorū tale in me quicquā ausus fuit. Cū uerò flagitia huiusmodi uos audeatis, cur nō uestram hanc latronum sedem meritò appellem, qui ea perpetrare ueriti non estis, à quibus illi abstinuerunt? sed nescis quantum mihi laudis tua ista inpudentia sit allatura.* Vt *enim uel nunc me furenter interficias, non tamen deerunt unquam qui dicant,* Leucippe *inter pastores uersata, & post* Chæreæ *raptum, & post* Sosthenis *uim uirgo inuenta est.* Sed *mediocria hæc. illud multo maximum, atq; omnibus anteferendum erit præconium:* Leucippe *post piratarū omnium improbissimi* Thersandri *uim pudicitiam conseruauit: priusq; iugulari se passa est, quàm uiolari: age itaq; flagra, rotam, ignem, ferrum quamprimum expedi, sociumq; tibi consiliarium tuum* Sosthe-

Sosthenem adiunge. Ego & nuda & sola & foemina scuti loco non nisi libertatem habeo, quae nec loris caedi, nec ferro secari, nec igne comburi potest. eam ego dimittam nunquã. ac si me in ignem ipsum conijcias, non erit tanta in eo uis, adimere illam ut mihi ualeat.

Liber septimus.



Hersander igitur cum Leucippen in sententia tam obstinatè permanere uideret, animo fluctuare, ac distrahi coepit. nam & moerebat sua se spe frustratũ cernens, & irascebatur negligi se ratus: & tanquam amore saucius, quid ageret, cogitabat. has inter animi fluctuationes nihil amplius cũ Leucippe collocutus exiuit, ira quidem quasi ad currendum incitatus. dein uerò ad eiusmodi ambiguitates dijudicandas mentẽ colligens, tandẽ inito cũ Sosthene cõsilio, eum, penes quẽ uinctorũ potestas erat, adiit, meq; ueneno de medio ut tolleret, rogauit. quod cũ impetrare nõ potuisset, (timebat enim ille populi securitatẽ: qui alium ante se ueneficia huiusmodi exercentẽ morte mulctauerat) ab eo rursum petijt, ut adductũ à se hominẽ eo in loco, ubi ipse uinctus erã, tanq̃ maleficũ aliquẽ immitteret: de quo res meas cognoscere se uelle simularet. cui postulationi assensus ille hominẽ admisit. porrò is à Ther

m san-

sandro q̃ diligentißimè instructus fuerat, ut aliquo modo de Leucippe mentionẽ faceret, eamq; Melites iussu è uiuis sublatã mentiretur. Quod iccirco à Thersandro excogitatũ fuerat, ut quãuis crimen diluissem, nõ tñ ad quærendã eam, quã obijsse intellexissem frustra me cõpararem. Ea uerò potißimũ de causa cædis auctor Melite ꝓponebatur, ne Leucippe interfecta Melitẽ ipsam, tanq̃ quæ à me diligeretur, in uxorẽ ducerẽ, ibiq; permanerẽ, Thersandro timorẽ incutiens nõ potiundæ tutò Leucippes: sed contrà potius eam, quæ reb. mihi omnib. chariorem puellã interimi curasset, perosus, urbe omnino excederẽ. Ille igitur, simul ac propius me uenit, fabulã agere cœpit. Data enim opera, ualdeq; appositè ingemiscens, Quãnã, inquit, uitã post hac uiuemus quæ nobis retinendæ securitatis uia deinceps erit, si iustè uiuere ad id satis nõ est? imminẽtia nos euenta opprimunt. diuinasse me oportuit, quis esset, quidue cõmisisset ille, qui cũ iter mihi facere contigit. hæc ille, huiusmodiq; alia multa secũ solus loquebatur, sermonis initiũ de industria mecũ facere tẽtans, quo eũ, quid sibi ea uellẽt, interrogarẽ. sed mea me magis urgebãt. itaq; cum lachrymarũ uim effudisset, unus eorũ qui uincti e-
„ rant (infelices enim alienas etiã calamitates cogno
„ scere satagunt, nimirũ quia tristiciæ cõmunicatio mœrentis animi quædã quasi alleuatio est) Quid tibi,

bi, inquit, mali peperit fortuna? insontem enim te quoq; in aduersum fatũ incidiße credibile est. cuius rei ex ijs quæ mihi euenerant facio coniecturã. ac tũ quidẽ quã ob causã in custodiã datus fuerat, commemorauit, tametsi ego animũ non aduertebã. Finẽ aũt dicendi cũ fecisset, Agedũ tu quoq;, inqt, uices mihi recensendis infortunijs tuis redde. Tũ alter ille, Ex urbe, inquit, heri dũ Smyrnã uersus iter cœpissem, nescio quis mihi obuiã factus, quò tenderem, rogauit: cui cum Smyrnã proficisci me respondissem, Atqui Smyrnam ego quoq; inquit ille (quod bene uertat) cogito. Vnà itaq; profecti sumus, uiæ laborem, uti uiatorum mos est, sermone leuantes: cum'q; de uia in cauponam cibi gratia diuertissemus, ecce tibi uiri quatuor eôdem ingreßi sunt, nobis'que aßidentes, ac prandere simulantes, crebrò ad nos respiciebant, alius identidem alij annuens. quam ob rem eos de nobis cogitare suspicatus sum tametsi quid sibi nutus illi uellent, percipere nequibam. Qui mecum uenerat, haud ita multò pòst pallescere, deinde hæsitantius esse incœpit: postremò etiam tremore correptus est. Quod uidentes illi, confestim in nos impetum faciunt, comprehendunt, loris uinciunt. Quinetiam eorum unus hominem in gena manu percußit: qui tanquam innumeris cruciatibus affectus, nemine adhuc interrogante,

ego, inqt, puellã interemi, accceptis à Therſandri uxore Melite nummis aureis centũ: illa enim ad necẽ hanc patrandã me cõduxit. ecce aũt nummos ipſos: quos uobis omnes ad unũ trado. uos, quæſo, me pdere, ac uoſmet lucro defraudare nolite. Tũ ego Therſandri & Melites nomine audito, oratione illa quaſi ſtimulo aliquo repentè cõcitatus, animum erexi, ad eũq; cõuerſus, Quænã, inquã, eſt Melite hæc? tũ ille, fœminarũ, inquit, urbis huius eſt princeps, et adoleſcẽtis cuiuſdã (Tyriũ illũ eſſe aiunt) amore capta: qui cũ puellã, quã ipſe quoq; deperibat, caſu quodã amiſiſſet, ac tandẽ in ea ipſa Melites domo uenditã reperiſſet, mulier obtrectatione deuicta puellã eã circunuentã huic, quẽ malo meo fato mecũ iter facientẽ dixi, necandã dedit. atq; ille quidẽ deteſtandũ facinus admiſit: ego uerò (me miſerũ) neq; uidẽs, neq; dicti alicuius factiue cõſcius unà cũ eo, quaſi ſceleris particeps, comprehenſus ſum. Sed leue hoc: illud grauius multo eſt. nã nõ ad modum lõgè à caupona digreſſi illi nũmis acceptis eũ miſſum fecerũt: me aũt ad præfectũ duxerũt. Poſteaq̃ turbulentã hanc fabulã audiui, neq; uocẽ omnino ullã, neq; lachrymas aliquas emittere potui, (quippe et ori uox, et oculis humor defuit) ſed mẽbra mihi omnia cohorruerãt, corq; ipſum cõtabuerat, animæ aũt nihil ferè mihi relictũ fuerat. Paulo aũt pòſt, cũ mihi diluta ebrietate uerborum illius, ani-

animus rediisset. Quonã modo, inquã, mercenarius iste puellã sustulit? quẽ in locũ cadauer abiecit? ille aũt simulatq; mihi hũc stimulũ iniecit, idq;, quã ob rẽ aderat, effecit, obmutuit adeò, ut ne uerbum quidem ab eo amplius potuerit extorqueri, præter q̃ q̃, cũ rursus interrogassem, Videris mihi, inquit, & tu cædis illius particeps fuisse. ac de interfecto re quidem illud unũ tantũ audiui, puellã scilicet necatam: ubi autẽ, quóue modo, mihi aperire noluit. tum uerò mihi lachrymæ exciderũt, doloréq; per oculos in apertũ protulerunt. Vt enim in corpore " flagris cæso nõ continuò, sed parua interiecta mo " ra, liuor apparet: aut ut in eo, q̃ apri dente ictus fu " erit, non statim uulnus inuenitur, utpote quod al- " tius penetrauerit. sed breui tẽpore pòst alba quæ- " dam linea uulneris index oritur, ac illud manante " tum demũ largiter sanguine conspicuum facit: sic " in animo tristis alicuius nuncij cuspide sauciato, " neq; uulnus hiat, neq; lachrymæ, quas uulnerati a- " nimi sanguinem esse credi par est, prosiliunt, nisi " postea, quàm mœroris dens cor aliquantisper de- " pastus fuerit: tunc enim & animus discinditur, & " lachrymæ facta per oculos uia uberrimè fluunt. id " quod in me sanè ipse expertus sum. nam simulatq; animus meus sermone illius Leucippes necem nunciantis tanquam iaculo quodam percussus est, uocẽ amisit, & lachrymis aditum obstruxit, ut non nisi postquam ex interuallo respirare à dolore cœpis-

ſet,effluxerint.ac tũ ego,Quis,inquã,dæmon tam breui me gaudio illexit? quis mihi Leucippen com mõſtrauit,ut nouarũ mihi calamitatũ cauſa eſſet? Quid,quòd ne oculos quidẽ meos,quib.unis erã fe lix, exaturare unquã uidendo potui:aut ſi uidẽdi ociũ fuit,ipſe tñ exatiatus nunquã fui. meaq́; uolu ptas omnis in ſomnio ſimilis effecta eſt ô me miſe- rũ,quoties obiiſti mea Leucippe? nunquãne mihi à fletu ceſſandũ erit?minimè,opinor ut enim ui- deo,alia alij mors in dies ſuccedit.uerũ aliis ante- hac mortib.fortuna mecum luſit,hæc aũt ludus ne quaq̃ eſt.Cæterũ quo nũc pacto Leucippe mihi e- repta fuiſti?antea quidẽ falſis illis ex mortib. ali- quantũ mihi ſolatij relictũ fuit:primũ enim cada- uer tuũ integrũ,dein capite ablato ſepulturæ dan dũ recepi:nũc uerò duplicẽ,animi ſcilicet atq; cor poris mortẽ ſubiſti.nã quid duo latronũ receptacu la effugiſſe ꝓfuit, ſi Melites iſte receptus te mihi erepturus erat? quid, ꝙ ſceleratus & improbus ipſe necis tuæ auctorẽ pluries oſculatus ſum,dete ſtabili amplexu foui, Veneris fructum prius illi q̃ tibi,impartitus ſum?Hæc dũ mecũ ſolus quererer, Clinia ſe ad me cõtulit:quẽ tota de re certiorẽ fe- ci,mihiq́; omnino mori decretũ eſſe affirmaui.Tũ ille,Bono,inq̄t,animo eſto,qui ſcit,an denuò reui uiuiſcat?nõne aliquoties iam mortua eſt,ſemperq́; reuixit?quid temerè te enecas?id profectò tibi per ociũ licebit,cũ uerè illã obiiſſe cõpereris.Nuga-

ris.

ris, inquã tum ego, nã qui tibi exploratius id esse possit? Morti uerò quam optimam sanè uiam nactũ esse me arbitor: atq; eiusmodi quidem, ut nec dijs inuisa Melite impune omnino abitura sit. Decreueram (ut scis) siquidem ira sors ferret, obiectum adulterij crimen in iudicio diluere, sed diuersam penitus rationem inire mihi nunc in animo est, culpam uidelicet agnoscere, meq; atq; Melitem, tanquam mutuo amore flagrantes, ad Leucippen è medio tollendam mercede conductum hominem adhibuisse, confiteri, sic illa meritas pœnas dederit, ego inuisam uitam reliquero. Dij meliora, inquit tum Clinia, an tu igitur tam turpem ob causam patratam scilicet, ac tuæ præsertim Leucippes necem mori audebis? tum ego: NIHIL, inquam, turpe est, quod inimico detrimentum afferat: & nos in hoc sumus. Cæterùm haud ita multo pòst hominem illum falsæ cædis nuncium è uinculis quidam exemit Archontẽ iußisse inquiens, ipsum adduci, ut eorum quæ ei obijciebantur rationẽ redderet. Interea me Clinia, Satyrusq; consolabantur, suadebantq; ut ne quicquam in iudicio, sicuti decreueram, fatear: sed frustra. Porrò illi eo ipso, quo hæc acta sunt die, domunculam conduxerant, in eamq; ne apud Melites, quem dixi collactaneum, deprehenderentur, migrauerant. Postridie ad forum ductus sum: ibi' que magno contra me apparatu affuit Thersander, aduocatos' que non

sanè pauciores, quàm decem, adduxerat. neq; uerò pro sui defensione Melite minus solicita erat. Posteaquam igitur illi sermoni suo finem imposuerũt, petentiq; mihi dicendi potestas facta est. Hi quidẽ omnes, inquã ego, qui & pro Thersandro, & pro Melite causam dixerunt, non nisi meras nugas in in mediũ protulerunt: à me uerò uos rem omnem ut se habet, fideliter et diligenter exponi audietis. Erat mihi olim amica genere Byzantia, Leucippe nomine: quã decessisse ratus (in Aegypto enim rapta mihi à piratis fuit) in Melitẽ incidi: qua cũ inita consuetudine huc unà profectus sum, Leucippenq; Sostheni cuidam agrorum Thersandri procuratori seruiẽtem comperi. Sed quo modo liberã mulierem Sosthenes in seruitutem receperit, quaeue illi cum piratis necessitudo intercedat, considerandum uobis relinquo. Melite posteaquam priorem amicam reperisse me cognouit, uerita ne ad illam rursus animum applicarem, eius perdendae cõsilium init, quod mihi quoq; cõprobatum est: quid enim uerum negare oportet? Cumq; me haec rerum omnium suarum dominum constituere pollicita esset, hominem ad illam necandam conduxi, nummos aureos centum pollicens. atq; ita quidem sicarius re confecta solum uertit, nec ex eo tempore usquam gentium amplius est conspectus. me uerò amor statim ultus est: nã puellae caede cognita, maleficij cõscientia stimulatus ex illo flere nũquã desij,

desij, sed eius desiderio æstuans peremptam nunc quoq; amo: neq; aliam ullam ob causam memet spō te accuso, quàm ut meam ad amicam me mittatis, quandoquidem in præsentia & parricida, & eius, quam perdidi, amore flagrans, uiuere amplius nō sustineo. hæc cum à me dicerentur, inexpectato rei exitu omnes, in primisq; Melite, obstupuerūt. Qui Thersandro aduocati erant, summa cum uoluptate acclamauerunt: Melites aūt patroni cuiusmodi essent q̄ dixerā, ex ea ipsa quærebāt. At illa uehemēter ꝑturbata, alia quidē scire se negauit, alia uerò de industria subobscurè admodū cōfessa est. quā quam quæ de Leucippe narrauerā, omnia morte excepta uerè à me dicta fuisse affirmauit. quam ob rem cum orationi meæ pleraq; cōuenirēt, eis ipsis Melite in suspicionē uenit, ut quibus ad eam defendendam uerbis uterentur, incerti essent. At Clinia, cum magnus in foro clamor exortus fuisset, in medium ꝓgressus, Potestatē mihi quoq;, inquit, pauca quædā dicēdi facite. capitis enim iudiciū cōstitutū est. quod cū impetrasset, collachrymās, Viri, inq̄t, Ephesij moriēdi cupidū adolescentē morti temerè dānare nolite. q̄ una est infelicib. uiris malorū alleuatio. improborū enim hominū crimē in se transtulit, ut pœnā sustinēs infelicitatis suæ perfugiū aliquod habere posset. cuiusmodi aūt illius infelicitas fuerit, quàm breuissimè potero, paucis exponā. Amicam adolescens is, uti dixit, habuit. neq; enim id

nec quæ de piratis, ac Sosthene recensuit, mentitus est. Nã quæcũq; sibi ante illius cædẽ euenisse narrauit, reuera, sicuti ab eo audiuistis, gesta fuere. Hæc è mortaliũ conspectu dudum, atq; improuiso quidem, subtracta est. Quo uerò id pacto factũ fuerit, aut interfecta ne sit, an rapta uiuat adhuc, mihi nondum satis liquet: illud unum didici, à Sosthene piratarũ familiari amatã illã, multisq; modis, quibus tamẽ nihil profecit, excruciatam. Is igitur puellam decessisse ratus, uiuere amplius uelle negat: seq; iccirco cædis reum ementitur. sibi autem in animo esse è uita migrare, ipsemet fassus est: ac potissimum ob mœrorem ex mulieris amissione conceptum. Vos uerò etiam atque etiam cogitate, num uerisimile uobis uideatur eum, qui uerè alium interfecerit, unà cum eo ipso, quem interemit, mori uelle? aut num aliquis reperiatur tam familiariter inimicitias exercens, ut necati à se uiri misericordia motus, è uita descedere aueat? quódnam odium, quæso, tam facile deponatur? Ne per Deos, ne credite: néue hominem misericordia potius, quàm supplicio dignum, perdite. Quod si, uti dixit, cædis auctor ipse fuit, agite dum mercenarium istum homicidam in medium proferat, occisæ puellæ cadauer indicet. Sin uerò neque interfectorem nominat, neque interemptum commonstrat, quid est, quam ob rem cædem hanc quispiam appellet? Amabam, inquit,

Meliten,

Meliten, icc irco Leucippen sustuli. At cur eius, quam tantopere amat, nomen desert? cur Leucippes, quam morte affici mandauit, causa mori cupit? quid? an putatis aliquem ita sibi ipsi parum constantem, ut quod amat, oderit: & contrà quod oderit, amet? An non potius credendum est amantem hominem, tametsi conuictum, crimen tamen, ut amicam seruet, pernegaturum, ne illius amissæ dolore discruciatus, ipse quoque frustra uitam amittat? sed & cõsiderandum illud est quam ob causam Melitem accusauerit, si nihil ab ea tale patratum fuit. Ego uero iterum atq; iterum à uobis peto, obsecroq;, ut ne me huiusmodi oratione uti existimetis, quò mulierem hanc in inuidiam rapiam, sed qui rem ipsam ordine recenseam. Melite adolescentis huiusce amore flagrabat: de nuptijsq; antequam marinus iste uir reuixisset, habitus fuerat sermo. Hic uerò non modò impotenti mulieris amori non respondebat, sed etiam à nuptijs quàm longißimè abhorrebat. Quin etiã amica, quã luce priuatam, uti dixit, credebat, uiua apud Sosthenẽ reperta, multo magis etiam Melitẽ auersatus est. Quæ cũ puellã apud Sosthenẽ inuentã huius amicã esse nondũ sciret, illius uicẽ miserata è uinculis, quibus à Sosthene constricta fuerat solui iußit, hospitio accepit, ac tanquam liberam in calamitate alioqui constitutam in honore habuit: demum re

cogni-

cognita rus misit, ut in agrorũ curã incũberet: post quæ nullo amplius in loco uisam fuisse, aiunt. Me aũt uera loqui, & Melite ipsa, & ancillæ duæ quibus cum illa rus missa fuit, testabũtur. Sed illud hominẽ in suspicionẽ adduxit: ueritus enim est, ne obtrectationis furore deuicta mulier, Leucippen de medio tolli iusserit. Deinde aliud quiddam sibi, dũ in carcere esset, eueniens suspicionẽ adauxit: hominẽq; & cõtra semetipsum, & contra Melitẽ irritauit: quidã enim ex ijs qui in custodiã dati fuerãt, suam per sese uicem dolẽs, narrauit se inter eundũ in sicariũ nescio quẽ incidisse, qui precio accepto puellã necasse fassus est, & quæ cædẽ mãdauerat, Melitẽ, quæ necata fuerat, Leucippen nominari dixit. quod postremũ an ita se habeat, equidẽ nondũ habeo compertum: sed illud uos inquirere par est. Nam nõ admodũ difficile factu erit, cũ præsertim eum habeatis, qui de mercenario interfectore mentionem in carcere fecit: quem ea de re interrogandum censeo. adsit præterea Sosthenes, adsint ancillæ, quorũ ex altero quæri ius est, unde sibi Leucippe in seruitutẽ data sit, ex alteris quõ è mortalium cõspectu sit erepta. Prius uerò, q̃ harũ rerum omnium inuestigatio à uobis facta sit, neq; ius, neq; fas est, lucis huius usurã misero adolescẽti eripere, insanis eius dictis fidẽ adhibẽtes: mœror enim hominẽ ad insaniã compulit. Melite ancillas ꝑtulit,

ac

ac Sosthenē, q forte Leucippē interfecerat, à Thersandro produci petijt: eā enim conditionē qui Melites causam agebāt, tulerant. Veritus aūt Thersander, ne res in apertū proferretur, quendā è suis rus ad Sosthenē ire clàm imperauit, iussum ut quāprimum aliquò profugeret antè, q qui ad eū comprehendendum mittendi erant, illò se contulissent. Ille uiam equo ingressus q ocyssimè periculū nunciat, quæstionemq; de eo, si se cōprehendi sinat, habitū iri affirmat. Erat tum fortè Sosthenes apud Leucippen, ut exulceratū eius animum deliniret. multo itaq; cum clamore ac strepitu uocatus exiuit: req; cognita pauoris, plenus, atq; apparitores adesse iam putans, equo accepto Smyrnam statim contendit. nuncius ad Thersandrū reuertitur. Verissimum autem, ut mihi quidem uidetur, illud est, PAVORE memoriam obrui solere: nam dum sibi Sosthenes metuit, eorum omnium quæ præ manib. habebat, repentè oblitus est, ut ne domunculæ quidem, in qua Leucippe custodiebatur, fores occluserit: nō mirū quia seruorum genus, ubi periculi aliquid immineat, q timidissimū est. Interea Thersander primam à Melites patronis cōditionem silentio inuoluens, Abundè quidē, inquit, iste, quicunq; tandem sit, nugatus est: ego uerò stupiditatē uestram nō potui nō mirari: qui cum sicariū in manifesto scelere deprehensum teneatis, tametsi maius est seipsum

accu-

accusare, quàm deprehendi, non tandē lictori eum tradatis: sed præstigiatori huic æquè ad comminiscendum atq; ad lugendū facto aures sedendo præbeatis: quem utpote cædis participē sibijpsi quoq; timere arbitror. quare autem quæstionib. opus sit in re præsertim tam aperta, non uideo. Sed & illud ut credam, adducor, aliam eum etiam cædem patrasse. Nam Sosthenes is, quem tantopere efflagitant, iam triduum apud me nusquam conspicitur. Neque admodum à uero abhorret, eorum consilio negotium confectum esse, propterea quòd uxoris probrum ab eo mihi renunciatum fuerat. Vnde mihi etiam uerisimilius fit, eos illum neci tradidisse, scientesq; non habere me, qui hominem producam, conditionem istam de eo perastutè tulisse. Viueret uerò utinam Sosthenes, mihiq; illum dare liceret. Sed hominem adesse fingamus. quidnam, obsecro, aliud ex eo suscitari oporteret, quàm puellam'ne emerit, & illam'ne Melite ab ipso uindicauerit? esto sanè, emerit ille, Melite autem uindicauerit, per me enim id fateatur, licet. nunquid aliud, si ille adesset, rogari deberet? minimè hercule. ijs igitur confeßis, absolutus quidem iam Sosthenes est. Verum hinc nunc iam ad Melitem, Clitophontemq; mea conuertatur oratio. Nam quid de mea mihi à uobis subtracta ancilla factum est? uerè enim mea erat ancilla. Id autem

non

non aliam ob causam callidus Thersander dictitabat, quàm ut Leucippen, si fortè uiua iterum reperiretur, in seruitutem redigeret. Addebat praeterea etiam illud, Clitophon quidem puellam se interemisse fassus est, ac caedis reum se fecit: Melite uerò negat. Sed eam ancillarum indicia redarguunt. Nam si eas Leucippen à Melite accepisse, nec dum postea reddidisse, constiterit, quid de illa factum credamus? quid, inquit, rogas? omnino emissa est. Verùm, inquam, ad quem? neminem certè proferunt: tacent. An non igitur manifestum est, unum aliquem qui ei mortē afferret, ab ipsis conductum? id quod clam ancillis factū fuisse credi par est, ut ne uulgatum inter plures testes facinus maiore cum eorum periculo facilius innotesceret. Nam eam quoq; reliquerunt ubi latronū multitudo delitescebat: ut uerisimile sit, qđ isti molirentur, eas minimè uidisse. Atqui de quodam etiam in custodiā dato, & à quo caedis huiusce mentio facta fuerit, nescio qđ cōmentus est. Sed quisnā hic est, qui praefecto quidem uerbū nullum, isti uerò caedis arcana omnia, nisi si eum de quo audiuerat, cognouiße negauit, palàm fecit? nū quādo tam uanis nugis aures praebere negotiumq; huiusmodi ludicram rem putare desinetis? quid uos? cēsetis'ne hunc absq; diuino nutu seipsum accusare? Hic cum dicendi Thersander finē fecisset, ac de Sosthene qđ actum

actũ fuisse, nescire se iureiurando etiã affirmasset,
iudicum principi uisum est (erat is regij generis,
penes quẽ capitaliũ causarum dijudicandarũ pote
stas erat, tametsi è seniorib. uti legib. cauebatur,
cõsiliarios haberet, quos q̃d sibi faciendũ putarẽt,
cõsulebat) uisum est, inquã, cõmunicato cum colle
gis negotio, morte me secundũ legẽ mulctare: qua
causũ aiebat, ut qui se ipse cædis accusaret, morti
addiceretur. de Melite uerò iudiciũ aliud, habita
de ancillis quæstione, fieri: Thersandrumq; scripto
iusiurandũ mandare debere, se omnino quid de So
sthene actum est, ignorare: ex me aũt, uti iam pera
cto, per tormenta quæri oportere, an Melite cædis
conscia extitisset, decretũ fuit. Iamq; detractis in-
dumẽtis, in sublime raptus pẽdebam, alijs lora, nõ
nullis ignem atq; rotam afferentib. Cliniaq; inte
rim collachrymante, cum repentè Dianæ sacerdos
laureatus ad forum aduentare uisus est. id uerò si-
gnum est uenientium ad sacra Deæ facienda pere
grinorũ. Quæ res cum accidit, abstinere à suppli-
cio tãtisper oportet, dum rei diuinæ finis impositus
sit: itaq; tunc solutus sum. Porrò sacrorum auctor
erat Leucippes pater Sostratus. Nam cum By-
zantij ex bello, quod aduersum Thracas gesserãt,
uictoriam apparente coram Diana reportassent:
æquum censuerunt, ei deæ sacrificium facere, pro
auxilio præbito gratiam tanq̃ referẽtes. Priuatim

uerò

uerò Sostrato etiam ipsi noctu dea in somnis apparuerat, filiamq; ac nepotē Ephesi eum reperturū prædixerat. Per idem tempus Leucippe domunculæ fores patenteis nacta, ueritaq; ne Sosthenes, quē exiusse uiderat, ante ianuam fortè adhuc constitisset, postaquā eum nusquā conspexit, firmiore animo esse cœpit. cum enim sæpe antea, & ex insperato quidem maximis ex periculis ereptā se fuisse in memoria haberet, tum quoq; spem concepit, ac fortunæ beneficio uti decreuit. nam cum Dianæ ab agris illis templū nō lōgè abesset, domo egressa in illud se recepit. Delubrū uerò istud liberis mulieribus quondam inaccessum erat: uiris autem & uirginibus patebat: cū capitale alioqui haberetur, mulieres ingredi, præterquā seruas in ius ab hero uocatas: ijs enim ad deam confugere licebat. ac tum quidem Archontes inter ancillam, herumq; sententiam ferebant. Si enim seruā iniuria dominus nō affecisset, eam rursum in seruitutē recipiebat, fugæq; illius memoriā se non amplius habiturū iureiurādo affirmabat: sin aūt ancillam iustè queri compertū fuisset, tunc ea deæ ministerijs addicta illic remanebat. Sostrato igitur sacerdotē, qui quæstionē differri iuberet, ad forum ducente, Leucippe templū ingressa est: parumq; abfuit, quin patri obuiā fieret. Me uerò, simul ac dimissa cōcione solutus sum, ingens multitudo circūsepsit: atq; alij quidē uicem

meā dolebāt, nōnulli deos inuocabāt, quidā me interrogabāt: inter quos astās ipse quoq; Sostratus, ut uidit, me ꝓtinus agnouit. Nā ut initio dictū est, Tyri etiā ipse quondā erat, cum Herculis festus dies ageretur: illicq; diu admodū ante fugā nostrā commoratus est: quapropter facilè homini fuit me cognouisse, præsertim cū in somnis quoq; se nos reptūrū admonitus fuisset. Itaq; ꝓpius me accedēs, hic me hercule, inqt, Clitophō est, Leucippe uerò ubi nam? Tū ego illo agnito, uultū humi defixi. qui aderant, quæcūq; cōtra meipsum perorauerā, recēsuerunt. at ille perq̄ grauiter ingemiscēs, caputq; percutiens, in oculos mihi inuolauit, ac propemodū effodit. nec enim resistere homini audebā, quinimmo faciē iniuriæ præbebat. Sed eius impetū ꝓgressus in mediū Clinia cōpreßit, illūq; redarguēs, Quid inquit, agis? cur tam temerè in eum sæuis, qui maiore q̄ tu amore Leucippen prosequitur? qui læto sponte se obiecit, propterea quòd eam diem obiisse crediderat? atq; alia præterea multa, quo furorem illius placaret, addidit. ille autem Dianam identidem inuocans, ita ferè conquerebatur: An tu hac de causa me huc dea uenire uoluisti? sunt ne hæc mihi à te in somnis prædicta? Ego quidem certè somnijs fidē tuis habui, filiamq; me apud te reperturū credidi: ac sanè peregregiū munus accepi, eius scilicet interfectorē. Tū Clinia somnij mētione audi-
ta, mi-

ta, mirũ in modũ gauisus, Bono, inq̃t, animo pater esto, mẽdax dea nõ erit. Salua utiq; tibi est (uaticiniis meis crede) Leucippe, nónne uides ut hũc etiã è tortorũ manib. eripuerit? interea æditorũ unus cõcitato admodũ gressu ad sacerdotẽ ueniẽs, puellã quandã peregrinã ad Dianã cõfugisse cũctis audientib. nũciauit. Quare cognita ego spẽ cõcepi, oculos sustuli, ac penè reuiuiscere uisus sum. Clinia uerò ad Sostratũ cõuersus, Vera, inquit, pater uaticinia mea sunt: atq; an formosa illa esset, æditiuum rogauit. cui æditiuus, Non aliã, inquit, Diana excepta, formosiorẽ uidi. Tũ ego lætitia exultans, Leucippẽ ne, inquã, dicis? maximè, ait ille: hoc enim nomine se uocari, patriamq; sibi esse Byzantiũ, patrẽ uerò Sostratũ dixit. Clinia igitur lætabũdus plausum edere cœpit, cũ Sostratus interim præ gaudio exanimatus cõcidisset. Ego saltu me ad sidera è uinculis dedi, mox ad templũ tanq̃ tormẽto aliquo impulsus cõuolaui. Custodes fugã me arripuisse putantes insequebãtur: ac obuios quosq; ad me cõprehendendũ clamore aduocabãt. Sed pedib. meis alas additas fuisse dixisses. tandẽ insaniẽtis more currentẽ me nescio qui apprehenderũt, nec manus à me cõtinuerunt. uerùm ego audẽtior iã factus cõtrà niti: illi me ad carcerem ducere pergebãt. interea sacerdos, & Clinia præstò fuerunt: Cliniáque prior, Quò hominem, inquit, ducitis? hic certè cædem, cu

ius damnatus est, nunquã fecit. Sostratus quoq; eadem ferè singillatim repetebat, eiusq;, quam peremptam putabant, patrem se esse affirmabat. qui aderant, cognita re, Dianæ numen laudibus extollebant: meq; circũstantes ad carcerẽ duci uetabant: custodes aũt cum sibi hominis iam peracti dimittendi ius nõ esse causarentur, sacerdos Sostrato orante maximè, sistendi, cum opus esset, mei uas est factus. Itaq; uinculis solutus ad Dianæ q̃ ocyßimè cõtendi, meaq; uestigia Sostratus persecutus est, sed ne-
" scio an pari mecũ læticia. Verissimũ aũt illud esse
" tum cognoui, nullũ reperiri tã celerẽ cursorẽ, quẽ fama nõ anteuertat. ea enim uehemẽter ꝑperantes festinãtesq; nos antegressa, Leucippẽ cũ de alijs omnib. tũ de Sostrati aduẽtu certiorẽ fecerat. itaq; cumprimũ nos uidit, è fano exiens patrem quidem complexa est, oculos uerò in me cõuertit: qui licet ob Sostrati præsentiam uerecundans, me, quo minus ad illam amplectendã excurrerẽ, continerẽ, non tamen ab eius uultu oculos defigere usquam ualebã. ita mutuis nos obtutibus inter nos salutabamus.

Liber octauus.



T Thersander, dum nos iam sessuri, atq; ijs ipsis de rebus inter nos collocuturi eßemus, cõcitato admodũ greßu, adductisq; secũ testibus aliquot, fanũ ingreßus est: et

uoce

uoce q̃ maximè cõtenta ad sacerdotem cõuersus, illud, inquit, his audientib. tibi denũcio, iniquè à te factum esse, q hominẽ legib. capite dãnatũ è uinculis exemeris. atqui ancillã etiã meam, impudicã illam qdẽ, et in appetẽdis uiris ad insaniã usq; effusã, domi tuæ abscõdisti: quã quo iure à me liberali causa manu asserturus sis, peruelim scire. Tũ ego & seruam & impudicã Leucippẽ uocari audiẽs, animo uehemẽtissimè commotus, orationemq; tam cõtumeliosam non ferens, ipso nondũ tacente, Tu quidẽ, inquã, triseruus es, & insanus, & impudicus: Leucippe libera est, & uirgo et dea digna. quib. ille auditis, Tu igit, uinctus, inquit, et dãnatus cõuiciari audes? & quanta maxima ui potuit, os mihi semel atque iterum ita contudit, ut sanguinis quasi riui quidam è narib. manarint. cũ uerò etiã tertiò me percussisset, dexterã labris imprudẽter impactã dentibus illisit: ac uulneratis digitis ingemiscẽs manũ ilico retraxit: ita dẽtes sauciata dextera nariũ iniuriã ulti sunt: et q̃ uulnera manus intulerat accepit. Atq; ille qdẽ præ uulneris dolore effœminatè admodũ lugẽs, manu ad se reuocata, deinceps uim inferre destitit: ego uerò digitorũ uulnus animaduertisse dissimulãs, uimq; mihi illatã conquerẽs, templũ clamore cõpleui. Quónã tandẽ craßatorũ uiolentiã fugiemus? quos post Dianæ numẽ deos adibimus? ipsis in tẽplis uapulamus: ante religiosissimas

decorum aras plagæ nobis imponũtur. Atqui desertis tantũ in locis, ubi nulli adsint testes, facinora huiusmodi cõmitti solẽt: tu uerò corã dijs ipsis regiã potestatẽ exerces: cumq; augustæ deorũ ædes sontibus præsidio esse cõsueuerint, ipse innocẽs ac supplex (me miserũ) ante aras, ipsa uidente dea uulnus accepi. Iam uerò quis percussiones istas Dianæ illatas fuisse neget? quanq̃ nõ ijs quidẽ cõtenta fuit huius ebrietas: sed etiã uulnera, qualia in bello atq; pugna inferũtur, intulit, humanoq; pauimentũ sanguine fœdauit. At uerò quis Ephesiæ unq̃ Dianæ hoc pacto sacrificauit? Barbarorũ ac Taurorũ huiusmodi quidẽ certè institutũ est. apud Scythas Dianæ templum est: apud quos solos deæ huius altaria humano cruore cõspergi receptũ est. Tu aũt Ionia ut Scythia esset, Ephesiq; idẽ q̃ in Taurica insula cruor manaret, effecisti. quin igitur gladiũ etiã in me stringis? quanq̃ qd ferro opus est, cum gladij munere manus fungatur? cruenta enim et cædib. assueta dextera tua id nũc patrauit, quod in occisionibus fieri cõsueuit. Hæc dũ ego lamẽtarer, ab ijs q̃ in tẽplo erãt, cõcursus ad me factus est: ac nõnulli ex ijs hominẽ increpare cœperũt: qn etiã sacerdos ipse, Nũc te, inquit, tã apertè hæc in tẽplo præsertim, facerè pudet? quã ob causam ego iã cõfirmato animo, hoc eqdẽ, inquã, pacto uiri Ephesij acceptus sum homo liber, & non obscuræ urbis ciuis: ab isto

enim

enim uitæ summũ in discrimẽ adductus perieram planè, nisi patefactis tandẽ facinorosi hominis calũnijs me præsenti suo numine atq; auxilio de manibus eius Diana eripuisset. nũc mihi è tẽplo exire, faciẽq; abluere opus est: neq; enim id ego hic unquã facere ausim, ne uidelicet sacri latices cruore pcõ tumeliã effuso polluãtur. interea Thersander, cum uix è delubro nõnulli eum ꝓtruderent, huiusmodi quiddã inter abeundũ solus secũ locutus est: Tu quidem, quod ad causam tuã attinet, iã dãnatus es: nec multo pòst de te suppliciũ sumetur. de scorto autẽ isto uirginitatẽ emẽtiente fistula iudiciũ faciet. Posteaq̃ ille abijt, egressus ipse faciẽ ablui: cũq; accũbendi iam tẽpus esset, à sacerdote peramãter accepti sumus. Ego uerò eorũ q̃ in Sostratũ admiserã, cõscius oculos in illũ palàm cõijcere nõ audebã: qđ & ipse præsentiẽs me cõtueri pariter uerecũdabatur: Leucippe quoq; nihil aliud, q̃ terrã intuebať: ita ut conuiuium prorsus iniucundũ esset. Tandem procedente potu, Bacchoq; pudorem sensim amouente, is enim libertatis auctor est, primus ad Sostratũ conuersus sacerdos, Quin tu igitur, inquit, ô hostes rerum uestrarum, cuiusmodi tandem eæ sint, seriem narras? mihi sanè non insuaues quasdam ambages continere in se uidetur: præterea uino sermones huiusmodi maximè cõueniunt. Tum Sostratus loquendi occasione illinc sumpta, Quòd quidem, inquit, ad me attinet, leue admodum est:

Sostrato mihi est nomē, patria Byzantiū, atq; ado
lescētis quidē istius patruus, puellæ aūt pater sum.
Cætera, utut sunt, tu Clitophon metu omni ꝓrsus
abiecto effare. nam si quid mihi acerbi euenit, non
„ tibi, sed fortunæ tribuendum est. ad hæc, præterito
„ rum malorum commemoratio tantum abest ut qui
„ euasit, mœrore afficiat, ut etiam uehementer oble
ctet. Tum ego quæ mihi postea, quàm Tyro pro-
fugi, euenerunt, singula ordinatim recensui, naui-
gationem scilicet, naufragium, Aegyptum, pasto-
res, Leucippes raptum, fictum apud aram uterū,
Menelai calliditatem, amorem ductoris militum,
Chæreæ medicinam, piratarum rapinam, uulnus fe
moris, cuius tum quoq; cicatricē ostendi. Vbi uerò
ad Meliten uentum est, quæcunq; mihi agere con
tigit, quanta maxima potui modestia, mendacioq;
nullo penitus intermisso, narraui. ac primùm qui-
dem Melites amorem, continentiam meam, deinde
quamdiu me illa orauerit, quandiu illam ipse lacta
uerim, tum quæcunq; locuta, quæcunq; conquesta
est omnia, præterea quæ in naui, dum Alexandria
Ephesum ꝓficisceremur, acta sunt, nempe ut simul
ambo cubueramus, à meq; illa, tanq̄ à muliere mu
lier, surrexerat: postremò meam omnē erga illam
obseruantiā, cœnā item, falsamq; mei accusationē,
& cætera omnia ad Sostrati usq; aduentū perspi-
cuè ac diligēter, unico tantū facto meo prætermis-
so, exce-

executus sum. atq; haec quidem, inquã, de me quae dicerem, habui. Leucippes autem facta meis multò maiora sunt: seruiuit enim, terram fodit, capitis decus, id quod tonsura ipsa declarat, amisit. Vnum quodq; deinde, sicuti actum fuerat, ita uerbis extuli, ut cum de Sosthene, Thersandroq; facienda esset mentio, accuratius lõgè, quàm de me, omnia recensuerim: illud etiam alioqui spectans, ut puellae ipsi, patre praesertim audiente, rem gratam facerem. Aerumnas enim contumeliasq; omneis, inquã, una duntaxat excepta, perpessa est: intactaq;, uti Byzantio discesserat, in hanc usq; diem permansit. neq; uerò istud laudi mihi dari uelim: qui fuga arrepta nihil eorũ, ob quae fugiebam, molitus sum: sed ipsi potius, quae inter piratas etiam integram se castamq; seruauit, & piratarum omnium maximi Thersandri scilicet inuerecundi, atq; audacis uiolentiae restitit. Nos uerò, & consultò quidem, nauigationem suscepimus pater. uerùm ad id amoris nimia ui compulsi fuimus, ut meritò illa mutuò amantium fuga dici poßit. quinnimo fratres ambo unà in itinere facti sumus: uirginitatemq; ipse meã, si qua uiris uirginitas inest, impollutam adhuc, quemadmodum Leucippe, seruo, quandoquidem ipsam quoq; Dianae cultui iampridem addictam esse perdidiceram. At tu ô hera Venus ne nobis tanquam neglecta succenseas. absente patre nuptias

facere noluimus. ille nunc hic adest: quare adsis tu quoque nobis iam tandẽ propitia. Quæ cum illi au diuissent, sacerdos quidem præ admiratione obstupefactus est. Sostratus uerò tandiu lachrymas pro fudit, quandiu de Leucippes incommodis actum fuit. Postaquam dicendi à me finis est factus, Casus equidem, inquam ego, nostros recensui omneis: nunc unum ipse quoque, ô sacerdos, audire peruelim: nempe quid illud sit, quòd postremò abiens Thersander Leucippæ interminatus est, fistulæ mentione facta. Tum ille, Rectè sanè, inquit, rogas. æquum enim est ut qui rem hanc, uti se habet, scimus, uos edoceamus. Cumq; parem illi me gratiam relaturum esse promisissem, Vides'ne igitur, inquit ille, nemus post templum? in eo spelunca est mulieribus quidem inaccessa, uirginibus autem ne quaquam. paulo intra eius ostium fistula suspensa est. quod instrumenti genus si apud uos Byzantios in usu est, iam quid dicam, intelligitis: sin autem è uobis aliquis est in hisce musicis minus uersatus, ei ego quale id sit, Panisq; omnem etiam fabulam, quatenus ad id pertinet, enarrabo. Fistula pluribus è tibijs compacta est: quæ singulæ singulis ex harundinibus constant. Atq; harundines ipsæ omnes perinde ac tibia una sonũ edunt: inter seq; ita collocatæ sunt, ut altera alteri ordinatim adhæreat. facies anterior posteriori similis habetur. quoniã aũt harundinũ aliam alia excedit, illud

scire

ſcire oportet altero ex capite quanto primã ſecunda ſuperat, tanto ſecundam à tertia ſuperari, cæterasq; deinceps porportionem eandem ſequi. ex altero uerò capite æquales illas inter ſe omnes eſſe: quæ omniũ media eſt, ea longiore dimidio minor eſt. eo aũt ordine diſpoſitæ harundines fuerunt, ut æqualis effici concentus poſſet. nam cum acutiſſimus ſonus in ſublime admodũ feratur, grauiſſimus autẽ contrà deprimatur, amboq; extremas harundines, alter alterã ſcilicet, ſortiti ſint, interiacẽtes alias, quæ uocũ interualla moderarentur, conſtitui neceſſe fuit. illæ enim ſonos impares, ſed tñ pro rata portione diſtinctos nactæ, acutaq; cũ grauib. tẽperãtes, in cauſa ſũt ut extremæ inter ſe cõgruãt, ſic ut æqualis demũ cõcentus efficiatur. Porrò fiſtula hæc ſi ori eã qs admoueat, eadẽ prorſus q̃ Palladis tibia, refert: uerũ hic digiti modos temperant, illic os manum imitatur: hic tibicẽ foramina omnia, uno dũtaxat excepto, per qđ ſpiritus exeat, obturat. illic fiſtulicen harundines alias omnes liberas dimittens, uni tantum, quam quidem ſonum edere uelit, os admouet: qua deinde omiſſa, ad aliam atq; aliã pro ut ad ſuauiorẽ cantũ edendũ fieri par eſt, tranſilit. eoq; pacto circũ arũdines labra illiſis idẽtidem feruntur. ac fuit quidem tempus, cum fiſtula hæc neq; tibia, neq; harundo erat, ſed uirgo ſuprã quàm quis iudicare poſſit, formoſa: quæ cum ſui

amore

amore captum Panem deum fugeret, densissimam in syluam sese recepit. Pan uerò uestigijs consecutus, puellæ manum tandem iniecit: cumq; capillis comprehensam illam tenere se arbitraretur, harundinum pro coma frondeis apprehendisse comperit, quas absorptæ terræ discessu puellæ loco enatas aiunt. Has igitur, utpote quæ amicam sibi suam eripuissent, iræ impotentia deuictus, succedit. Verùm puella, quam sub arundinibus latêre putabat, minimè inuenta, facti conscientia commotus, quòd amicam leto se dedisse crederet, ingemuit, dissectasq; harundines, tanquam uirginis membra essent, colligens, atq; in unum cõponens manibus continere, ac dissuauiari perrexit. ita dũ amatoriè lamentatur, ipsisq; arundinum sectionibus, quasi puellæ uulnerib. suspirans oscula infert, spiritus calamos intrauit, perq; angustias eorum means sonũ edidit: atq; hoc pacto fistula uocem nacta est: quam deinceps à Pane in spelunca illa collocatam, conclusamq; fuisse, Deum autem ipsum illò frequenter uenire, ac de more canere solitũ, cõstans fama est. Per tempora uerò posteriora gratiam à Diana se inituros arbitrati regionis huiusce incolæ fistulam ei consecrauerunt, pactione facta, non nisi uirgines ad eam descendere se passuros. Quam ob rem cum in uiolati pudoris suspicionem uirgo aliqua uenit, eam populus ad spe

luncæ

luncæ usq; fores comitatur, ut fistulæ iudicium subeat. quod quidem huiusmodi est. nam quæ stupri suspecta est, stolam ad id ritè comparatam induta in antrum descendit, cuius postes ab uno aliquo statim obserantur: ac tum quidem, si ea uirgo adhuc sit, dulcis quidam ac penè diuinus sonus exauditur. siue quòd canorum spiritum intra calamos reconditum locus ille habeat, siue quòd Pan fortè ipse canat. nec multo pòst antri ualuæ sponte recluduntur, uirgoq; pineis frondibus redimita conspicitur. sin autem uirginem se mentita fuerit, pro fistulæ cãtu fletum quendam spelunca emittit. populus itaq; relicta inibi muliere confestim abit: uirgo autem loci eius antistita tertio demum die speluncam ingressa, fistulam quidem humi delapsam, mulierem uerò nusquã reperit. id uobis discriminis subeũdũ erit: cuius qui exitus futurus sit, etiam atq; etiam cogitate. ac si uiri adhuc expers Leucippe est (id quod ipse sanè peruelim) alacres periculum facite, propitiam uobis fistulam habituri: cuius iudiciũ nemini unquam fraudi fuit. Sin minus, uos enim scire debetis quàm multa uerisimile est eam uel inuitam pertulisse, cui toties in insidiatorum manus deuenire contigit: tum Leucippe antequã cœptũ sermonem sacerdos finiret, Atqui quod ad me, inquit, attinet, ne sollicitus sis, ego enim fistulæ antrum promptè ingrediar, atq; illud nullo adiutore

tore

tore concludetur. Est id mihi, inquit sacerdos, per iucundum: tuamq; tibi continentiam & felicitatem gratulor. Sed cum iam aduesperasset, nostrûm unusquisq;, ubi sacerdos præscripserat, cubitum abijt. Clinia nobiscum haud quaquam cœnauerat, hospiti enim oneri esse nolebamus, sed eò se receperat, ubi pridie quoq; fuerat diuersatus. Cæterũ Sostratus ijs auditis quæ de fistula narrata fuerãt, subuereri nobis uisus est, ne uerecundia erga se nostra ad mentiendam uirginitatem adduceremur. Quam ob rem ego puellæ clàm nutu indicaui, ut illum patri timorem eximeret: quo enim maximè modo id ei persuaderet, didicerat, idemq; & ipsa suspicari mihi uisa fuerat. quid enim meus ille nutus sibi uellet, statim percepit: ac iam etiam antè, quàm ei annuerem, nonnulla excogitauerat ad persuadendum quàm appositißima. Cubitum enim itura, patre salutato, bonoq; animo esse iusso, Verbis, inqt, pater nostris fidem habe: nemo enim nostrûm, ita me Diana seruet, ulla in re mentitus est. Postridie illius diei, cum uictimæ in promptu essent, Sostratus & sacerdos sacris peragendis operam impenderunt. Conuenit autem etiam diuinæ rei particeps futura concio. Deæq; magno cum plausu acclamatum est. Thersander autem (aderat enim & ipse) in præsidis conspectum progressus, Vadimonium, inquit, nobis in crastinum

num differ: quem enim tu heri damnasti, nonnulli missum fecerunt, Sosthenesq; nusquam inuenitur. Itáque factum fuit. nos 'que interea, ut uadimonium longè paratiores obiremus, operam dedimus. Cuius cum dies tandem aduenisset, Thersander hunc in modum uerba fecit: Quibus utar uerbis, unde'ue initium dicendi sumam, quos prius, & quos posterius accusem, non satis scio: multa enim, & à multis audacter facta, mihi dicenda sese offerunt magnitudine inter se paria, & manifestiora, quàm ut hac in accusatione referri à me debeant: quanq̃ ea quæ animus cõcepit, uereor ut explicare oratione poßim, aliarum præsertim rerũ memoria linguã ad se trahẽte. quippe dũ ad illa q̃ nondũ dicta sunt, oratio festinat, facultatẽ eripi mihi sentio, quominus res iam susceptas absoluã. etenim cũ aliorum seruos adulteri necent, alienas coniuges sicarij uiolent, damnatos à supplicijs lenones eripiant, sanctißima Deorum templa meretrices profanent, sint etiam qui ancillis herisq; diem dicant, quæ adulteria, quæ sacrilegia, quas cædes, quæ deniq; flagitia non sibi licere quiuis existimet? Vnum quæso, aliquem uos quauis de causa (nihil enim refert) capitis dãnate, atq; in custodiã supplicio seruatum dari iubete, ut is demum candida pro uinculis stola circundatus, uestrum in conspectũ ueniat, & inter liberorum hominũ ordines reus sedeat. quid?

quod

qđ' uocē forsan etiā emittere, ac uerba cōtra me, aut potius contra uos, sanctionesq; uestras facere audebit? RECITA PRAESIDVM, CONSILIARIORVMQ. DECRETVM. auditisne quam de isto sententiam, me accusatore, tulistis? Decretum quidem certè semel à uobis est, Clitophontem morte mulctandum esse. Vbinam igitur lictor es, quin hunc sublimem raptum abducis? quin ei uenenum præbes? iam enim quod ad leges attinet, mortuus est, supplicijq; abijt dies: Quid uerò ais tu religiosißime atq; ornatißime antistes? quánam, obsecro te, lege cautum est, ut qui à concione, summisq; magistratibus uinculis & morti addicti sunt, à iudicum seueritate uindicari & catenis exolui debeant? aut maior ut tua sit, quàm præsidum, atq; magistratuum potestas? age iam tuo è solio Præses descende, huicq; imperium, ac iudiciorum auctoritatē omnem permitte: nihil enim iuris tibi amplius in quempiam est: nec in scelestos ac nefarios homines tibi animaduertere amplius licet. iste enim hodie quē uult, absoluit. Quid uerò tu tanquam priuatus aliquis inter nos stas? quin potius ascendis, atq; in præsidis solio sedes, ius nobis posthac dicturus, aut si mauis tyrannicè, legum omnium atq; iudiciorum auctoritate neglecta, imperaturus. nec uerò te hominem tantum puta, sed cum Diana ipsa, cuius tibi honorem turpiter arrogasti,

gasti, æquè coli iube: ea enim sola est ad quã cõfugientes ad se, illos scilicet quorũ causa nondũ à iudicib. cognita est, seruare pertinet. ac quamuis neminem illa unquam in custodiam datum soluerit, neminem unquam morti addictum è lictorum manibus eripuerit (infelicibus enim, non impijs deorũ aræ præsidio esse consueuerunt) unus tamen tu inuentus es, qui reos è carcerib. emitteres, damnatos absolueres. quod quid aliud sit, quàm Dianæ auctoritate antecedere uelle, non uideo. At uerò quis unquam delubrum carceris loco inhabitauit? quod nunc planè fieri constat: sicarius enim atque adulter intactam apud Deam moratur. O' indignum facinus, adulterum apud uirginem diuersari, unaq; impudicam ac fugitiuam mulierem adesse. tu enim, uti uidimus, illam hospitio conuiuioq; accepisti: fortè uerò etiam in templo, tanquã meretricia aliqua in cella, cum ea simul cubuisti: Dianæq; fanum in adulterorum & scorti contubernium commutasti: in quo non minus inhonestè, quàm scortatores lenonia aliqua in domo, cuncti uersati estis. Hæc mihi, quæ primo loco in hosce ambos dicerem, occurrerunt. quorum alterum audaciæ ac temeritatis suæ pœnas daturum arbitror: alterum uos iam tandem supplicio affici iubete. Nunc ut de adulterij rea Melite uerba faciam, locus postulat. qua in re nequaquam mihi oratione opus est: quandoquidem ex ancillis habita de eis quæstione ueri-

tatem inquiri debere, sancitum est. Eas igitur adduci postulo: quæ si tormentis adhibitis in hoc manserint, ut dicant nescire se damnatum istum multo cum ea tempore consueuisse, domiq; meæ mariti, nedum adulteri, loco diuersatum esse, nulla causa est quin ego nunc ab omni eam accusatione liberam dimittam: sin minus, dote illam mihi adiudicanda, uti lege cautum est, priuari: hunc uerò morte, debita scilicet adulteris pœna, mulctari oportere, aio: qui siue pereat ut adulter, siue ut parricida, utriusq; criminis reus cum sit, non sanè magni refert. tametsi enim pœnas dederit, non tamen dedisse uidebitur, nimirum quia morte semel affectus, alterius etiam mortis reus futurus est. Reliquum nunc est, ut de hac serua mea, uenerandoq; sene isto, eius patrem se mentiente, sermonem faciam: uerùm eò usq; differre mihi animus est, dum de hisce alijs decernatis. atq; hic ille dicendi finem fecit. Tum uerò in medium progressus sacerdos, homo ad dicendum impiger, & in Aristophanis lectione haud oscitanter uersatus, sanè quàm urbanè atque comicè in flagitiosam Thersandri adolescentiam inuectus: Probos, hercule, inquit, uiros coram dea tam petulanter maledictis insectari, oris est omnino impuri. is autem non hic modò, sed alibi etiam paßim effundendis contumelijs paratam linguam semper habuit: quippe adhuc impuber cum impudicißimis quibusq; uersatus, o-

mnem in hoc ætatem consumpsit. Cumq; à pudore quàm longißimè abesset, disciplinarum tamen studiosum se simulans, continentiam præse ferebat, ijs interim obnoxius atque obsequens, pro libidine se abutebãtur: paterna enim domo relicta, conductum à se tugurium incoluit, ac partim quidem in foro cauitans, partim uerò neminem uitans eorum quos ad ea quæ cupiebat idoneos cognosceret, quæstum fecit. atq; his artibus cum animum suum excoleret, prauitatem tamen dißimulabat. Vidimus uerò ipsi, ut in gymnasijs membra inungeret, stadiumq; circuiret, ut adolescentes, quibus cum luctabatur (ad fortiores autem sese inprimis applicabat) corpore illius abuterẽtur. atq; hæc quidem adolescens. Nam posteaquam uirilem ætatem attigit, quæcunque clàm ab eo antea gesta fuerant, palàm fecit. iamq; natu grandior, cum ad ea patienda quæ alteri facere collibuerat, exoleuisset, nihil pensi habuit, nisi unam ad petulantiam linguam exacuere: qua semper ad turpitudinem ita usus est, ut in omnes conuicia euomuerit, uultu eam, quam animo conceperat, procacitatem præse ferens, eousque ut quem uos sacerdotio dignum iudicauistis, coram uobis tam petulanter exagitare ueritus non sit. Quod si mihi alibi, quàm in uestro omnium conspectu uixisse contigisset, copiosius utiq; de me, deq; ijs quorum consuetudine usus sum uerba facere me, sat scio, oporte-

ret: sed quando uos mecum ipsi scitis, quàm procul semper uitam duxerim ab ijs quorum iste me insimulat, ea tantum refellam quæ mihi nunc ab eo crimini dantur. Soluisti, inquit, morti addictum: atq; hic quidem uehementer indignatus est, tyrannum me appellitans, aliáq; permulta maxima cum acerbitate in me iactans, quasi demū tyrannus ille sit, qui insontes atq; indemnatos, non autem qui calumniatores, seruat. Verùm agè obsecro, quibus'nam legib. peregrinum tu adolescentē hunc in carcerem primùm intrusisti? quis Præsidum id censuit? quibus iudicijs homo uinciri iussus est? Sed ut omnium quæ asseris reum esse fateamur: nónne legis officium est, inquirere, argumentisq; conuincere? non'ne legis, quæ in te aliosq; omnes imperium habet, munus est, uinciri iubere? neque enim cuiquam in alium sine iudicio ius est. quod si tu hoc tibi arrogas, cur non igitur forum claudis, curiam demoliris, magistratus eijcis? nam quæ tu tu mihi ante Præsidem obiecisti, iustius in te uerius q; dici possunt: Assurge Thersandro Præses, Verbo enim tenus tantum dignitatem hanc obtines: re autem uera hic, quæ te facere decet, immo etiam quæ tu nullo modo facere auderes, omnia unus facit. Tu cōsiliarios habes: sine quibus nihil tibi decernere licet. Sed neq; quicquam est, quod tu pro tua auctoritate statuere prius audeas, quàm hoc in solio consīdas: nec enim quempiā domi tuæ

in

in uincula conijci iuberes. At generosus homo iste populus, concio, præses, præfectus, omnia deniq; unus factus est. domi punit, ius dicit, uinciri iubet: ac iudicij quidem tempus uespera est. O' iudicem nocturnum, egregium sanè, & lepidum: qui nunc quoque identidem exclamat, Reum, neciq; seruatum soluisti. At quem reum, quam necem? rogo te, damnationis causam eloquere. Cædis, inquies, condemnatus est: interfecit igitur? at quæ'nam ea est quam interfecit? potésne ostendere? minimè hercule: quam enim necatam asseris, coràm astantem uides: neq; te tamen adhuc cædis hominem accusare pudet: haud enim id puellæ simulacrum est: neque aduersum te mortuam Pluto ad nos misit. Tu potius cædis, ac duplicis quidem, damnandus es: qui puellam prædicatione occidisti, adolescentem uerò re occidere tentasti. Quinimo eam ipsam quoq; re necaturus fuisti. eorùm enim quæ ruri conatus es, conscij facti sumus. uerùm magnum Dianæ numẽ utriq; auxilio fuit, alteram è Sosthenis, alterum è tuis manibus eripiendo. Atqui Sosthenem etiam tute procul amandasti. An non te pudet, qui non hosce peregrinos accusas, sed, quod summum in te est calumniandi studium, demonstras? Hæc habui, quibus obiecta mihi ab isto crimina diluerem. nam quod ad peregrinos istos attinet, eorum ego defendendorum locum hisce relinquo. Itaque cum nominis haud sanè obscuri patronus pro me,

ac pro Melite uerba facturus esset, alius quidam è Thersandri aduocatis, cui Sopatro nomen erat, orationem eius anteuertens: Atqui meus hic, inquit, optime Nicostrate, sic enim patronus meus uocabatur, contra istos adulteros dicendi locus est: alter uerò tuus. Thersandri enim oratio in accusando sacerdote omnis uersata est, nec nisi paruã admodum partem attigit eorum quæ ad reum istum pertinent. Quam ob rem cum una, itemq; altera morte dignum eum probauero, tum erit tibi quoq; diluendorum criminũ tempus. quæ cum dixisset, perfricta atq; ad mentiendum parata fronte, Sacerdotis equidem, inquit, fabulam omnem petulantam sanè ac turpem audiuimus: qua non, nisi falsa in Thersandrum crimina commentus est, sumpto potißimum ab ijs sermonis in illum exordio, quæ de eo Thersander dixerat. Verùm Thersander ijs quæ in ipsum dixit, falsi nihil admiscuit: nam & reum è uinculis exemit, & scortum hospitio accepit, & cum adultero diuersatus est. is autem dum Thersandrum in inuidiam trahere studet, uitam eius culpando, omnia per summam calumniam egit. Sacerdotem autem, si quid aliud, illud certè in primis decet, linguam à calumnijs habere quàm alienißimam: ut eius in eum dicta retorqueam. Cæterùm, ut ad ea ueniamus aliquando, quæ post actam fabulam omißis ambagibus palàm elocutus est, cõquerens manifestò deprehensum adulterum

à nobis

à nobis in uincula coniectum fuisse, non potui non uehementer admirari quid causæ sit quam ob rem in exoletis istis defendendis tantoperè sacerdos elaborare uoluerit: tametsi me id diuinasse puto. Nempe adulteri huius, & scorti faciem contemtemplatus est: quorum altera formosa planè, ac tenerioris ætatulæ, alter non modò non deformis, sed aspectu etiam blandus, ad suas ipsius uoluptates idoneus iudicatus est. horũ igitur uter te magis delectat? Simul enim omnes perpotatis, simul discumbitis: neq; ullus est noctium uestrarum spectator. quàm uereor, ne Dianæ quod fuit, Veneris ut sit, templum effeceritis. uerùm de sacerdotio, an scilicet honorem istum habere te oporteat, pòst decernetur. nã quod ad Thersandri mores attinet, nemo est qui nesciat quàm modestè ac temperanter à teneris usq; unguiculis uitam egerit: qui cum primùm per ætatem licuit, uxorem secundũ leges duxit: quamuis in faciendo de ea iudicio se ipse fefellerit: aliam enim atq; putarat, generi & fortunis credens, inuenit. uerisimile quippe est illam antea quoq; cum alijs consueuisse: quos optimum uirum celauerit. tandem uerò pudicitiam in propatulo habuit, atq; in omni libidine sese effudit: uiro enim peregrè profecto, tempus illud ad cupiditates suas explendas opportunum rata, impudicum istum adolescentem ad eam rem misera cæpit (quæ enim miseria maior esse potest, quàm eum habere ama

torem, qui inter fœminas uiri, inter uiros fœminæ munus obeat?) quem non sat habuit in aliena ciuitate in stuprum illexisse, nisi tanto maris spacio peragrato huc perduxisset, unà cum illo interim semper cubans, atq; in naui cernentibus cunctis uoluptatem capiens. ô libidinem terræ, mariq; communem. ô adulterium Aegyptum Ioniamq; occupans, adulterium quidem sunt quæ committant, sed semel tantum: quod si eandem in turpitudinem rursus delabantur, certè factum huiusmodi mortales omneis celant. mulier autem ista non modò tuba, uerumetiam præcone adhibito, obscœnè se oblectauit. adulterum Ephesij omnes cognouerunt, nec tamen eam uel tantulum quidem puduit unquam. hæc ornamenta formosum scilicet adulterum istum, ne sine corollario à peregrina terra domum reuerteretur, egregia sibi mulier comparauit, ac tanquam preciosas aliquas merces secum aduexit. Atqui uirum, inquiet illa, perisse putabam. rectè id quidem: nam si ille obijt, cui dubiũ sit quin absolui debeatur. uiro enim è uiuis sublato, adulterij nomen tolli necesse est, cum labefactari matrimonium nequeat, nisi superstite marito pudicitiam uxor inhonestè habeat: quæ alioqui, uiro defuncto adulterij argui non potest, sicut uiuo potest. Tum uerò Thersander Sopatri sermone interrupto, Atqui quod antea proposueram, quæstionibus, inquit, amplius opus non est. ego, quod ad Meliten atinet,

attinet, atq; eam quæ peregrini huiusce sacrorum auctoris filia perhibetur, uerè autem serua mea est, has conditiones fero. RECITA CONDITIONES. Thersander de Melite ac Leucippe (sic enim prostitutam hanc uocari aiunt) conditiones hasce proponit, ut illa, quandoquidem nullam sibi, me absente, cum peregrino isto stupri consuetudinem fuisse ait, id iureiurando affirmet, atq; in sacræ Stygis fontem descendat: indeq;, si peierasse non comperiatur, absoluta dimittatur: altera uerò hæc, si mulier facta est, hero suo seruitutẽ seruiat: neq; enim mulierib. nisi si quæ seruæ sint, Dianæ templũ ingredi fas est: sin uirginem sese affirmat, in fistulæ antrum concludatur. Tum nos conditionem statim accepimus: nõ enim dubitabamus, quin Leucippe uirgo adhuc esset. Melite quoq; confisa nihil id temporis, quo Thersander abfuit, sibi mecum, exceptis collocutionibus, commune fuisse, At qui ego quoq;, inquit, conditionem non respuo: illudq; etiam, quod maximũ est, addo, neminẽ prorsus aut ciuem, aut peregrinum fuisse, qui cum eiusmodi mihi cõsuetudo fuerit, cuiusmodi ipse ais. uerùm si meũ falso detulisse nomen deprehendaris, quas de te pœnas sumemus? Quas iudices, inquit Thersander, censuerint. ijs peractis cõcio dimissa, decretumq; factum est, ut postridie de conditionibus experiremur. Porrò autẽ de Stygis fonte res ita fermè se habet. Virgo fuit olim formosa, Rho-

dopis nomine, uenatu gaudens, pedum uelocitate, iaculandiq; peritia insignis admodum, & cingulum, & mitram ueste genu tenus succincta, capilloq; detonso gestare consueta. eam cum uidisset, probassetq; Diana, uocatam uenatum secum duxit: prædaq; ut plurimum inter eas communis erat: quam ob rem illa uirginitatem seruare, uirorumq; consuetudinem usquequaq; uitare, ac Veneris contumelias nunquam perpeti iurauit. quod simulatq; Venus persensit, ira commota puellæ statuit superbiã ulcisci. Fortè accidit, ut adolescens esset Ephesius inter uiros æquè formosus, atq; inter uirgines Rhodopis: quem Euthynicum appellabant. is & uenandi studio, quem ad modum Rhodopis, tenebatur, & à Venereis pariter illecebris abhorrebat. Igitur cum uenatum ambo exissent, eò se clàm Venus contulit, ferasq; ab eis agitatas aliũ atq; alium cursum tenentes in unũ compulit: mox Diana absente filiũ cõueniens mater, Non'ne hos, inquit, fili arcanorum nostrorũ expertes, nobisq; inimicos uides? quid, quòd puella etiam conceptis uerbis audacißimum sanè contra me iusiurandum iurauit. tu nunc illos ceruam sequentes cernis: quapropter uenari tu quoq; incipe, atq; ab audaci puella uindictæ initium fac. telũ tuum certius omnino fuerit. ita tunc ambo, in ceruam uirgo, in uirginẽ Cupido, arcus intenderunt. nec uani fuere ictus: nam uenatrix etiam ipsa præda fuit, ac cerua quidem

dem in armo, puella uerò in corde uulnus accepit, cuius ea uis fuit, ut Euthynici amore statim flagraret, qui non ita multo pòst pari et ipse uulnere percussus est: ac tum quidem mutuò sese contueri, atq; alter in alterum obtutus defigere cœperunt, atq; adeò ut neuter in diuersum aciem uellet inclinare. Cæterùm utriusq; uulnera paulo pòst cicatricem obduxerunt, amorq́; illos in antrum, ubi nunc fons est, deduxit, ubi iurisiurandi fides abrogata est. Postea cum ridentem Diana Venerē conspicata, rem cognouisset, puellā in fontem illic, ubi pudorē amiserat, cōmutauit. Hinc factū est, ut cum uiolatæ aliqua pudicitiæ arguitur, eum in fontē descendere cōpellatur, cuius unda uix medias tibias attingit. Iudicium autē fieri hoc pacto consueuit. quæ delata est, falso se insimulari iurat: iusiurandūq; in tabella descriptum collo suo alligatum sustinens, in fontē descendit. ac si uerum iusiurandum iurauerit, aqua omnino immota manet: sin minus, intumescit, atque ad collum usq; se attollens, tabellam contegit. hæc dum loqueremur, tempusq́; ad uesperam inclinaret, seorsum dormiturus quisq; discesit. Postridie multitudo uniuersa conuenit: cui uultu hilari Thersander præibat, nosq́; identidē intuebatur. At Leucippe sacram, atq; ad pedes usq; demissam, ac tenuißimis filis intextam, zonaq́; succinctam stolam induta, & purpureis uittis redimita, nudis pedib. perq̄ decenter speluncā ingressa est. quæ dum ip-

se spectarē, tremore correptus sum: mecūq; solus: Mihi quidem certè, inquam, dubium non est, quin uirgo adhuc sis Leucippe. sed tamen cum mente agito qui sit Deus iste, timere cogor, ne uidelicet fistula etiã tu illic fias. illa quidē Panem per aperta loca insequentē facilè effugit: nos uerò te, quasi obsidem, hasce intra ualuas inclusimus, ut ne si sequatur, fugiendi tibi sit potestas. Verùm tu ô here Pan propitius nobis sis, neq; loci leges, quas nos quoq; obseruauimus, transgrediaris: quinnimo intactam nobis Leucippen reddas: eiusmodi enim cum Diana tibi fœdera ista sunt: neque uirginem fallas. Hæc dum mecum loquerer, suauis exaudiri sonus cœptus est. Ac fuerunt qui dicerent, suauiorem nunquam auditum fuisse. Antri quoque ualuæ sponte sua statim patuerunt: ita Leucippe prodijt: multitudoq́; uniuersa præ uoluptate acclamare, ac Thersandrum conuicijs consectari cœpit. ego uerò quantum læticiæ animo conceperim, nulla unquã oratione satis explicare possem. Hac una, & ea quidem præclarißima uictoria nobis parta, inde digreßi ad Stygis fontem peruenimus, ut conditionis alterius periculum faceremus. Populus ad uidendum iam se comparauerat, reliquaq́; omnia in promptu erãt. itaq; tabellam collo Melite alligauit, intrepidoq́; uultu in fontem descendit: Vnda, ut erat, humilis remansit, nec tantulum quidem consuetum exceßit modum. Quam

ob rem, ubi tempus manendi in fonte præterijt. Præses mulierem dextra prehensam ex aqua eduxit, duobus iam certaminibus deuicto Thersandro: qui cum tertiò quoque se uictum iri animaduerteret, cursu domum se recepit, ueritus ne à populo lapidibus obrueretur. nam cum iam Sosthenem adducerent adolescentes duo Melites cognati, duo item famuli ad illum quærendum ab ea missi, atque id Thersander procul agnouisset, factum indicatum iri uidens, si de Sosthene quæstio haberetur, arrepta fuga urbe noctu excessit. Interea Sosthenẽ in custodiam dari Archontes iusserunt. nos modis omnibus excusi magna cum omnium commendatione absoluti fuimus. Postridie Sosthenes ab ijs qui ei rei præerant, ad Archontes ductus, simulatq; parata sibi esse tormenta intellexit, continuò & quæ Thersander aggressus fuerat, & quæ ipse illi suggeßisset, unà etiam cum ijs omnibus quæ ante Leucippes ostium priuatim de illa secum ambo disseruerant, palàm confessus est: ideóque pœnas daturus in carcerem denuò coniectus. Thersander autem (iam enim absens erat) exilio mulctatus fuit. Nos ab Antistite, ut antea quoque, accepti, quæ priore in cœna dicenda superfuerant, & præsertim si quid ærumnarum nostrarum prætermiseramus, recensere perreximus. Leucippe quoq; patrem non amplius uerita, utpote quæ uerè uirgo inuenta fuisset, ca-

sius nō sine uoluptate suos cōmemorabat. Cui ego, postaquam ad Pharum & Piratas uentum est, Quin tu igitur, inquam, Phariorum prædonum cōmentum, abscißisq; illic capitis ænigma nobis explicas, ut id etiam patri tuo innotescat? hoc unum enim ad rem omnem intelligendam desideratur. Tum illa, Mulierem, inquit, ex ijs quæ precio prostant cum allexissent, nautarum uni eam in uxorem daturos se esse pollicentes, in naui posuerunt, quam ob rem quidem adesset, uerè nescientem; sed piratarum uni, qui eius amator esse ferebatur, occultè adiunctam. Postea uerò cum me rapuissent, remisq; ac uelis fugæ incumbentes nauē insequentem uiderent, detracto miseræ illi uestitu omni, eo me adornauerunt, meoq; deinceps ornatu indutam illam summa in puppi collocarunt ita, ut à persequentibus cerni posset, ac capite priuarunt: cadauereq;, ut uidisti, in mari proiecto, caput aliquantisper intra nauim, uti ceciderat, tum retinuerunt. quod non ita multo pòst cum iam qui se sequerentur, nullos amplius haberent, pariter est deiectum. mihi uerò incertum est, eáne de causa, an potius ut quod de me postea factum est, uenundaretur, mulierculam illam comparassent. illud certè constat, eam mei loco, ut insequentes eluderent, iugulatam, existimantibus illis maius ex mei quàm illius uenditione lucrum se facturos. atq; hinc etiam factum est, ut Chæream, qui eius necandæ

abijciendæq; suasor & auctor fuerat, meritas dantem pœnas uiderim. Nam cum reliqua piratarum multitudo ei me soli dimittere negaret, propterea quòd paulo antea mulierem aliam, quæ uendita magno eis lucro futura erat, habuisset, meq; mortuæ loco uendi, ac pecuniam in commune conferri oportere diceret, ille autem causam suam defendendo repugnaret, pactum'que se cum ijs esse affirmaret, ut non publicæ omnium utilitatis, sed priuatæ sui ipsius gratia me raperent, alijs etiam grauioribus additis, confidenter admodum asseueraret, eorum unus qui fortè post eum constiterat, meritò quidem caput illi abscidit, atque ita non iniustas rapinæ ipse quoquè pœnas luens, in mare deiectus fuit. Piratæ biduo pòst nescio quò delati, mercatori cuidam, familiari suo, mercator Sostheni accepta pecunia me concesßit. Tum Sostratus: Postaquam uestros, inquit, filij casus cõmemorastis, agite dũ quæ de Calligone Clitophontis sorore domi acta sint, ex me quoq; audite, ne solus ipse narrandi omnino immunis abeam. ego uerò sororis nomine audito attentior factus, Vt lubet, inquam, pater, siquidem de uiuente dicturus es. Tum ille, quæ antea ipse narraui, omnia recensuit, Callisthenem scilicet, oraculum, sacrificium, nauiculam, raptum: illud etiam addens, Callisthenem cum inter nauigandũ resciuisset Calligonem filiam suam non esse, tametsi rem contrà, quàm pu

tarat,

tarat, euenisse cognouisset, nunquam tamen amare illam destitisse, sed ad genua eius prostratum, huiusmodi ferè locutum esse: Ne me ô hera prædonem, flagitiosum'ue aliquem esse putes: qui nobili loco natus Byzantiorum, nemini genere cedam. has insidias tibi me latronũ more parare amor coegit. Verùm tuum me posthac mancipium puta: tibi enim memet in primis, deinde fortunas, quantas nunquam tibi pater dedisset, uolens lubensq; trado: quin etiã à uirginitate tua uiolanda quandiu uoles, abstinebo. his ille atq; alijs etiã ad persuadendum aptioribus (erat enim cùm aspectu decorus, tum in dicendo & argutus & uehemens nimio plus) puellam suam in sententiam pertraxit. ac posteaquam Byzantium reuersus est, dote ingenti pacta, multisq; alijs, ueste scilicet, auro, cæterisq; rebus ad beatarũ mulierum ornatũ spectantibus magnificè præparatis, puellam sanè q̃ splendidißimè adornauit, qualemq; illam rapuit, uirginem, uti antea promiserat, manere passus est. Ipse uerò plerisq; in rebus tractandis elegantem, moderatumq; ac mansuetum se præstitit. adolescentisq; noua quædam mutatio repentè facta est: nam & senioribus assurgebat, et obuijs quibusque salutem prius reddere studebat, quàm accepisset. cum'que antea immodicè sui profusus esset, priore luxuria in prudentia mutata liberalitate, deinceps erga eos qui egerent, uti cœpit, ut mirarentur omnes

nes tam subitò ex tam prauo tam frugi euasisse. Me uerò præ cæteris obseruabat: ipse'que contrà illum deamabam, & priorem luxum admirabilem quandam naturæ largitatem potius, quàm intemperantiam fuisse animaduerti. ac mihi tum uenit in mentem illud quod de Themistocle olim dictitatum fuit: qui cum in adolescentia perquàm dissolutus esset, omnes tamen deinceps Atheniẽses prudentia & fortitudine superauit. Me itaque pœnitebat hominem, cum filiam dari sibi peteret, repudiasse: nam & maximum mihi honorem tribuebat, & patrem appellabat, armatusq; per forum comitabatur. Sed nec à bellicis studijs animus eius abhorrebat: quippe in equestribus certaminibus perquàm strenuè se gerebat, utpote qui prima illa etiam intemperanti ætate equis, quanquam temerè, & ad luxum paratis, gauderet. Cæterùm, cum uirili eius robore aucto sensim rerũ quoq; usu, præcipuum in eo studium fuit, bellicas res fortiter multifariamq; tractare. multo quinetiam ære suo priuato Rempub. iuuit, mecumq; unà militũ ductor creatus est: unde maiorem quoq; mihi honorem habuit, obsequentem sese in omnibus præstãs. Postea uerò quàm de hostibus, Dijs ipsis nobis coràm astantibus, uictoriam reportauimus, Byzantium reuersi, ego huc Dianæ, ille Tyrum Herculi, ad gratias referendas missi sumus. Sed prius tamen dextera prehendens me Callisthenes, quæ sibi Cal

ligones

ligones causa facta fuissent, cõmemorauit, eorum inquiens, pater, quæ antea fecimus, iuuentus natura audacior causa fuit: quæ uero pòst, iudicio adhibito commissa fuerunt. uirginem enim puellam hactenus seruaui, belli præsertim tempore, quo nemo sibi oblatas perfruendarum uoluptatum occasiones abire pati uult. nunc eam Tyrũ ad patrem ducere, & ab eo sicuti leges iubent, in uxorem accipere, omnino constitui. quod si impetrauero, id optimè: sin autem difficilis ille atq; morosus spondere negauerit, uirginem etiam filiam suam sibi habeat: quam tamen ego Hercule non contemnenda dote confecta in uxorem lubens duxerim. Tabellas uerò etiam quas antequam ad bellum exirem, puellam Callistheni nubere optans conscripseram, tibi recitabo: in ijs enim genus illius, dignitatem, rei militaris usum recensui. quæ autem inter nos pacti eramus, hæc sunt. * Mihi uerò, si etiam post Thersandri prouocationem secundum nos iudicatum fuerit, Byzantium primùm, deinde Tyrum nauigare in animo est. Hic cum ille dicendi finem fecisset, cubitum se quisq; nostrûm ubi pridie quoque somniũ cæperat, cõtulit. Postridie reuersus ad nos Clinia, Thersandrum noctu solum uertisse, ab eoq;, nõ quòd se quicquam assecuturum speraret, prouocatum fuisse: sed id causæ sumptum, ut indicio eorum quæ ausus fuerat, faciendo moram inijceret, narrauit. Nos triduum adhuc morati,

ad

(ad tantum enim temporis uadimonium durabat) Præsidem rursum conuenimus: recitatisq; legibus, ex quibus nullam Thersandro nos accusandi causam fuisse apparebat, naui conscensa, leuißimo'que flante uento, Byzantium, ubi peroptatas confecimus nuptias, deinde Tyrum nauigauimus. Quo in loco, cum biduo pòst illuc aduentasset Callisthenes, patrem ob sororis nuptias postera die sacra facturum comperimus. Affuimus itaq;, ut unà operaremur: Deosq; ut nostras omnium nuptias felices fortunatasq; esse uellent, precaremur, eo consilio, ut hieme illic acta, Byzantium rediremus.

FINIS.





